Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
42
4 L
27

HISTORIA

AC HARMONIA EVANGELICA,

Seu vita D. Iesv quatuor Euangeliſtis in vnum hiſtoriæ corpus congeſtis, Adiecta ſuis locis, ordinis & conſenſus ratione.

Ad S. D. N. Gregorium XIII. Pont. Max.

Ioanne Buiſonio Hannone, Regio vniuerſitatis Duacenſis, Sacræ Theologiæ profeſſore, alias Rubo, Authore.



ROMAE, MDLXXV
Apud Victorium Elianum.
Cum licentia Superiorum.



Gregorius Papa XIII.

Dilecto filio Ioanni Buiſonio alias Rubo vniuerſitatis Duacenſis, Sacræ Theologiæ profeſſori.

DILECTE fili Salutem & apoſtolicam benedictionẽ. Cum ſicut nobis nuper exponi feciſti, tu propria tua impenſa quoddam opus a te compoſitum, & per magiſtrũ ſacri palatij apoſtolici approbatum, cui titulus eſt hiſtoria, ac harmonia euangelica, ſeu quatuor Euangeliſtæ in vnum hiſtoriæ corpus congeſti, adiecta ſuis locis ordinis & conſenſus ratione imprimi facere ſummopere deſideres, dubiteſq; ne huiuſmodi opus poſtmodum ab alijs ſine tua licentia imprimatur, quod in maximum tuum tenderet præiudicium. Nos igitur indemnitati tuæ conſulere, teq; ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati tibi aſſerenti te ſacræ Theologiæ profeſſorem, ut dictum opus per Decennium poſt illius impreſſionem computandum a quibuſcumq; ſine tua licentia imprimi, aut ab ipſis, vel alijs, vendi, ſeu in eorum apothecis vel alias venale, præterquam de volũtate tua impreſſum vel imprimendum teneri poſſit auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes omnibus, & ſingulis, præ-

ſertim Bibliopolis & librorum impreſſoribus in terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis ſub Quingentorum Ducatorum auri Cameræ apoſtolicæ applicandorum, & inſuper amiſſionis librorum pœnis toties ipſo facto, & abſq; vlla declaratione incurrendis, quoties contrafactum fuerit, ne dicto durante Decennio ab impreſſione huiuſmodi operis, vt præfertur cōputando, dictū opus, per te ſeu tua impenſa imprimendum ſine tua voluntate imprimere ſeu ab ipſis, vel alijs, præterq̃ de voluntate tua imprimendum, vendere ſeu venale habere aut proponere audeant. Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq; vicarijs in ſpiritualibus generalibus, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, vt quoties pro parte tua fuerint requiſiti vel eorum aliquis fuerit requiſitus tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præmiſſa, ad omnem tuam requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas etiam illas ſæpius aggrauando, & per alia iuris remedia, dicta auctoritate exequantur, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque, Et inſuper quia difficile foret præſentes ad quæcunq̃ue loca deferri volumus & ſimiliter apoſtolica auctoritate decernimus ipſarum trāſumptis & exemplis etiam in eodem opere impreſſis plenam & eandem prorſus fidem, vbiq; in iudicio & extra adhibendum fore quæ præſentibus adhiberetur. Datum

Romæ

Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris Die xiij. Septembris, M.D.LXXIV. Pont. Noſtri Anno Tertio.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPI Regis Catholici priuilegio cautum eſt, ne quis hiſtoriam, ac harmoniã Euangelicam, ſeu vitam Domini IESV ex quatuor Euangeliſtis in vnum hiſtoriæ corpus congeſtis, Ioanne Buiſonio Hannone Regio Vniuerſitatis Duacẽñ. ſacræ Theologiæ profeſſore, alias Rubo authore citra eiuſdem D. Ioannis Buiſonij volũtatem imprimat, aut alibi impræſſam, venalem habeat, ſub pœna cõfiſcationis librorum & pecuniaria, vt latius in Regio diplômate eſt expreſſum.

S. D. N. Gregorio XIII. Pontif. Max.

IOANNES BVISONIVS

perpetuam felicitatem.

VITA domini IESV, Dei & Saluatoris noſtri, beatiſſime Pater, non a Theologis tantũ, ſed etiam ab omnibus Chriſtianis, ab vno quoque quidem pro ſuo captu & modo, tota cognita eſſe deberet penituſque perſpecta. Eſtq́; admodum turpe & pudendũ, tot Chriſtianos Plutarchi & Suetonij, ac aliorum, neſcio quorum vitas & hiſtorias diligenter lectitare, hanc autem hiſtoriam & vitam, quam non ſolum tanquam digitos ſuos omnes tenere, ſed etiam toto tenore vitæ ſequi deberent,& exprimere, nõ ſine magno suæ salutis periculo paſſim negligere & ignorare. Cũ igitur nihil æque neceſſariũ eſſet, nihil æque ſalutare, atq; vt omnes Chriſtiani, vitam,& doctrinã domini IESV, Dei & ſaluatoris, magiſtrique & ducis noſtri, perſpectiſſimam familiariſſimamque, & in omni vita & actione nobis ante oculos obſeruantem haberemus,

ad

ad me & alios ad eam rem, quantum cum Dei adiutorio poſſē iuuādos & promouēdos: in vnū hiſtoriæ corpus, quatuor Euangeliſtas, ſeruatis eorum verbis & ſenſu (vbique enim diligentiſſime cauimus, ne ex iunctione & ordine, alius ſenſus & ſententia, quam Euangeliſtarum ipſorum reſultaret) digeſſimus, vt & vnum hiſtoriæ corpus haberent Chriſtiani, quo, ordine, omnia dicta & facta, vita denique tota domini I E S V contineretur, & non aliud tamen haberent aut legerent, quam ipſum Euangelium & Euangeliſtas, ac ſimul vno contextu & intuitu viderent, in quo ſinguli conuenirent, aut non conuenirent, & ſeriem hiſtoriæ vel ſeruaſſent, vel non ſeruaſſent: adiecta vbique breuiſſime, ordinis & conſenſus ratione, vt latius in præfatione declaramus. Nō enim qui hanc hiſtoriam leget, noſtra aut verba aut commentationem leget, ſed ipſos Euangeliſtas, & Euangelium, aut vno contextu totum, aut ſi volet ſeorſim ex ſingulis. Ita enim ſunt coniuncti, prænotati & in ordinem, ac vnum hiſtoriæ corpus compacti, vt & ſeorſim ſinguli tam facile legi poſſint, atque ſi ſoli ha-

 berentur

berentur in manibus,& ex iunctione & ordine, ſi corpus hiſtoriæ legatur, nuſquam alius quam Euangeliſtarum ſenſus & verba reſultent aut legantur. Et breuiſſimæ quidẽ ſunt annotatiunculæ, ſed eæ tamen ſunt, vt ſi quis eas inter ſe, & cum cõtextu conferre voluerit, quod ad rationem ordinis & iunctionis,& omnis conſenſus Euangeliſtarum, nihil admodum futurum ſit, quod amplius deſideret. Hac igitur vita & hiſtoria, tam apte & concinne in vnum hiſtoriæ corpus digeſta,valde ſperamus futurum, vt eam omnes ſibi familiariſſimam faciant, præſertim cum & perexigua ſit, & tota pulcherrimo ordine digeſta,nec aliud quam Euangelium,quod & vno contextu totum, & ſeorſim ex ſingulis Euangeliſtis legi poſsit. Deinde ſi credimus & ſcimus, Dominum Ieſum in terras veniſſe, & nobiſcum cũ Deus eſſet, aſſumpta noſtra natura conuerſatum,non ſolum vt nos redimeret,noſque Deo patri reconciliaret,ſed etiam vt nos doceret,& nobis eſſet exemplo,totamq; noſtram vitam ſua vita informaret & inſtrueret, nonne indigniſsimum eſt homini Chriſtiano, in infinitis ſæpe vaniſſimis

niſſimis ſæpe valde pernicioſis, curioſiſſime & laborioſiſſime tempus & ætatẽ conſumere: ſui autem Dei & domini ac redemptoris, ſui ducis & magiſtri, quem Deus ipſe miſit in terras vitam & hiſtoriã, aut non habere aut non legere & tenere, aut non ſibi ſemper eam ante oculos ad memoriã & imitationem, omniſq; vitæ informationem aſſumere & proponere. Eſt enim hæc vita & hiſtoria, non fruſtra, aut de nihilo, vel leui aliqua de re nobis propoſita & exhibita: ſed vt ſpeculum nobis eſſet & regula, in quam defixis ſemper oculis intuentes, eam in omni vita & actione ſequeremur & exprimeremus, eamque ſequentes & exprimentes, Deoque & domino ac duci noſtro hic aliquouſque conformes effecti, ei tandem expleto hoc breuiſſimo temporis curriculo fiamus etiam cõformes in gloria. Atque ſane, etiam ſi ſola hiſtoria dominicæ paſſionis integra in vnum corpus ex quatuor Euangeliſtis ordine congeſta proponeretur, nullus ea Chriſtianus carere deberet. Nunc aũt cum nõ ſolũ dominicæ paſſionis, ſed totius vitæ dñi IESV, totiuſque Euangelij integra hiſtoria, & vno

con-

contextu tota, & ſeorſim eodem pene con ſpectu ex quatuor Euangeliſtis legenda & cognoſcenda proponatur, quis carere aut volet aut poterit, tanta commoditate tantoq; ſuæ ſalutis adiumẽto? Quo in opere concinnando, Beatiſſime pater, cũ ab hinc aliquot annis laborauerim, & nunc Romæ recuperato exemplari extremam manum impoſuerim, iudicaui nõ indignum fore ſi & Romæ emendatiſſime excuderetur, & potiſſimum ſub S.V. nomine & authoritate ederetur. Nam nec alibi magis, nec ſub alius potius nomine Euangelica hiſtoria, immo Euangelium ipſum in vnum hiſtoriæ corpus redactum edi potuit, quam & Romæ & ſub eius nomine, qui princeps totius religionis & Chriſtianiſmi, eius cuius vita hic deſcribitur, generalis eſt in terris vicarius. Omnibus etiam Chriſtianis ita potiſſimum commendatiſſimam fore hanc hiſtoriam ſperauimus, ſi & Romæ, & ſub S. V. nomine ederetur, quam vt maxime neceſſarium eſt, omnibus eſſe commendatiſſimam & acceptiſſimam, ita nihil æque optamus, atque vt in vniuerſum omnes eam ſibi quam familiariſſimam faciãt,

& ſem-

& ſemper eam habentes in manibus, & ante oculos imitari, & in vita ſequi conentur, præſtante eodem domino IESV Chriſto, qui S.V. vniuerſali ſuæ eccleſiæ diutiſſime incolumem ſeruare dignetur Deus benedictus in ſæcula.

IOANNES BVISONIVS ALIAS RVBVS Chriſtiano Lectori.

IN hac Euangelica concordia, ita quatuor Euangeliſtæ in vnum congeſti ſunt, vt corpus narrationis, ordine, omnia dicta & facta, vitam denique totam Domini IESV, vt eam quatuor Euangeliſtæ deſcripſerunt comprehenderet. Nam ne verbulum quidem ex quatuor Euangeliſtis eſt omiſſum, nec vnum adiectum. Ita verò Euangeliſtarum narrationes inter ſe commiſtæ ſunt & coniunctæ, vt tota res eo modo & ordine quo geſta eſt explicetur, & eius Euangeliſtæ qui pleniſſimam narrationem habere videbatur verbis in hiſtoria corpore collocatis, aliorum

aliorum verba, quoties alij idem narrant, ad latus ita collocantur, vt vno ac eodem intuitu ſtatim appareat, quid vnus ſolus, quid duo, quid tres, quid quatuor narrent, in quoue conſentiant, aut nõ conſentiant. Et ſunt omnia ita digeſta & prænotata, vt vniuſcuiuſque Euangelium tam commodè ordine legere poſſis, atque ſi eum ſolum haberes in manibus. A. ſiquidẽ prænotatũ Matthæum. B. Marcum. C. Lucam. D. Ioannem ſignificat. Ergo ſi Matthæum ſolum ordinè legere deſideras, tantum neceſſe eſt, vt ſpectes ad A. proximè ſequens, aut ad latus, aut in corpore narrationis, idque vel in eodem capite concordiæ, vel in proxime ſequenti: Nam quoties accidit vt quod ſequitur in concordia, non proxime ſequeretur in Euangeliſta, initiũ proxime ſequentis periodi Euangeliſtæ, adiectum eſt minoribus typis poſt lunulam, cum annotatione capitis concordiæ in quo inueniatur, ita vt nullo negotio totum Euangeliſtam ſi velis, ordine legere poſſis. Simulque intelligas in quibus quiſque Euangeliſta ſeriem hiſtoriæ vel ſeruarit, vel non ſeruarit, quæ vtilitas, diſpendiolum illud recurrendi ad aliud concordiæ caput, facile cõpẽſabit, præſertim cùm vbiq; breuis annotatiuncula declaret, quid ſequutus Euangeliſta hiſtoriæ ſeriem non ſeruarit. Initia prӕterea capitum Euangeliſtarum, vt agnoſcerentur ſic prænotauimus. ¶ In ſingulis item concordiæ capitibus, cuiuſq; Euangeliſtæ caput, adiunximus. Quoties autem in hiſtoriæ corpore dictiunculam inueuies linea ſubnotatam, eam Euangeliſtæ eſſe intelliges, ſed omittẽdam in lectione corporis hiſtoriæ. Inuenies etiam quandoq; in eodem

in eodem corpore, dictiunculam vnam aut plures minoribus typis excuſas, eiuſmodi ad hiſtoriæ plenitudinem ex alio Euangeliſta cuius verba habẽtur ad latus ſunt inſertæ. Vbi prętera dubium eſſe poterat de ordine & conſequentia, ſingulis hiſtorię capitibus rationem ordinis, quidue ſequuti ſimus breui annotatiuncula præfiximus. Plerumque etiam alias annotatiunculas capitibus ſubiunximus, quæ lectorem admonerent ſi quid vel ad conſenſum, vel ad ſeriem intelligendam, pertineret, adiectis numeris deſignantibus ad quem maxime capitis locum annotatio pertineat: quibus omnibus inter ſe collatis & expenſis, non ſolum Euangeliſtarum pulcherrimum conſenſum, & totius hiſtoriæ quaſi certam conſequutionem & nexum facile deprebendes, ſed & quid quiſque Euangeliſtarum narrando ſit ſequutus. Quod tamen vt facilius & certius intelligeretur, extra corpus hiſtoriæ ſingulorum Euangeliſtarum breuis periocha eſt adiecta, cum dearticulatione ſingulorum capitum cuiuſque Euangeliſtæ: in qua eſt annotatum quo loco in concordia quidque inueniatur, & quid vel propriũ ſit Euangeliſtæ, vel commune cum alijs. Ex quibus omnibus elucet conſenſus admirabilis Euangeliſtarum quamq; ſe mutuo iuuent & exponant, non ſolum in eiuſdem narratione, ſed etiam quod attinet ad totum hiſtoriæ corpus & nexum: vt hæc harmonia, vice magni commentarij ſit, pauciſſimiſque comprehendat omnem rationem conſenſus & ordinis: quæ non ita iunctis Euangeliſtis: magno volumine explicari nõ poſſet. Adiecta item eſt totius hiſtoriæ breuis periocha, in qua ſummaria

*maria capitum omnium connexio & ſeries contine-
tur,cum annotatione tẽporis & loci,& quid vni pro-
prium quid pluribus commune, vt vno conſpectu,ordi
ne,tota vita Domini,& eius peregrinatio,iuxta qua-
tuor Euangeliſtarum conſenſum,& quo maximè tem
pore quidq; contigerit appareret. Poſtremo adiectus
eſt index omnium Euangeliorum quæ in Eccleſia de-
cantantur,vt ſi quis ea quærat in concordia,facile in-
ueniat. Nec mihi hic cauſa reddenda eſt,cur huic rei
poſt tam multos inſudarim. Quoniam enim nihil eſſe
poteſt Chriſtianis vtilius, quam ſi dicta & facta,vi-
tam denique totam Domini IESV, ducis ſui perpe-
tuo ſpectent & meditentur, eamque ſibi proponant
imitandam,volui & me & alios excitare, quo liben-
tius & maiore cũ fructu, hæc ſumeremus in manibus
immo ſi fieri poſſet, numquam ea nobis ſineremus
elabi è manibus, & ſpero in Domino IESV, hanc no
ſtram opellam, bonis non ingratam fore, & nonnullis
etiam aliquid ſalutis & veræ religionis ac pietatis al
laturam,quod præſtare dignetur Deus benedictus,qui
hic deſcribitur & proponitur pro nobis crucifixus.*

QVATVOR EVANGE-liſtarum Pariocha, & de-articulatio.

QVATVOR Euangeliſtæ in eo conueniunt, quod ſcribant hiſtoriam Euangelicam, ideſt, non nudè & hiſtoricè tantùm dicta & facta Domini IESV proponant, ſed vt doctrinam quemadmodum habet Ioannes qua credamus, quod IESVS eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes vitam habeamus in nomine eius: ad hoc enim omnia pertinent, Et eiuſmodi doctrina Euangelium eſt, non autem tantũ Euangelica. Sed tres primi Euangeliſtæ magis ſunt morales, eaque potiſſimum pertractant quæ ad humanitatem pertinent. Nec alia narrare voluiſſe videntur, quam quæ Dominus publicè ſe gerens pro Meſſia, fecit & docuit. Itaque nihil eorum attigerunt, quæ vel primo anno, vel in Iudæa, ante vltimo relictam Galilæam geſta ſunt a Domino. Primo enim anno adhuc prædicante Ioanne, ferme latuit, neque publicè ſe geſſit pro Meſſia: Nec ita ſe geſſit in Iudæa, niſi poſt vltimo relictam Galilæam, & maximè in ſolemni ingreſſu in Hieruſalem. Ex quo etiam factum eſt, vt feſtorum non meminerint, quibus ſæpe Dominus iuit Hieroſolymam, & ita ea quæ in Galilæa geſta ſunt narrent, vt ex eis deprendi non poſſit, quid. poſt hoc aut illud feſtum, geſtum ſit: aut quot annis Do-

minus docuerit: Quæ Ioannes diligenter eſt perſequtus, eaque ferme proponit & narrat, quæ ad diuinitatem pertinent. Et licet animaduertere, Dominum maxime in Iudæa, & potiſſimum in feſtis Paſcalibus ſuam diuinitatem, & profundiſſima myſteria propoſuiſſe. Adeo vt tertio Paſchate cùm manſiſſet in Galilæa, Capharnai myſterium Euchariſtiæ propoſuerit. Deinde Ioannes ordine narrare voluiſſe videtur, maximeque vtitur dictiunculis ordinem & tempus ſignificantibus. Alij minime id egerunt quantum apparet, vt rerum geſtarum ordinem ſeruarent. Et curioſum certe eſt in plurimis magnopere quærere, quid quo ordine aut loco, aut tempore geſtum ſit. Licet tamen in ſingulis ordinem aliquem obſeruare, ac in ſingulis pene proprium & ſingularem. Quia nimirum alia ac alia intentione & ſcopo hiſtoriam Euangelicã ſcribere ſunt aggreſſi. Matthæus enim potiſſimum doctrinam ſpectaſſe videtur & tradere voluiſſe, geſta autem & miracula, ad doctrinæ confirmationem retuliſſe, itaque prolixior eſt in explicanda doctrina, & eam libenter anticipat ac præponit, in miraculis & rebus geſtis ſuccinctior. Marcus contra, obiter doctrinam inſperſiſſe videtur, idque egiſſe vt hiſtoriam ſcriberet, ex quo ferme prolixior eſt in miraculis & rebus geſtis, in doctrina ſuccinctior. Lucas inter vtrunque graditur, nam & diligens eſt in miraculis, nec minus in doctrina, ſed vt Matthæus maxime præponit & anticipat doctrinam, ita hic maxime poſtponit, vel eo maxime loco quo

tradita

tradita eſt exponit. Habet & hoc, quod alios nonnunquam (poſt eos enim ſcripſit) exponere videatur: ſicubi periculum eſſet, ne non ſatis quod ad hiſtoriam attinet intelligerentur. Et quamuis Marcum maxime ſequtus videatur, minime tamen omnium id egit, vt in ſcribendo rerum geſtarum ordinem ſeruaret. De Ioanne nihil præterea dicendum: niſi forte quod vix eorum aliquid attigerit quæ ab alijs quos viderat & approbauerat, ſcripta eſſent. Eumque ſermones eos maxime proponere in quibus Dominus de ſua diuinitate diſſeruit, & diligenter tempora & annos, feſtaque maxime paſchalia annotare. Iam igitur ad ſingulos peculiariter deſcendamus.

Matthæus ergo vſque ad generalem circuitus Galilææ deſcriptionem, in fine quarti capitis propoſitam, continuum ordinem ſeruat. Vbi enim ad miraculorum narrationem perueniſſet, ſingula referre volens ad doctrinæ confirmationem, generali tantum ſignificatione circuitus, & plurimorum ſanatorum præpoſita, ſubijcit eum ſermonem, quo magna pars Euangelicæ doctrinæ & perfectionis continetur, poſt quem vbi cap. octauo dixiſſet, dominum veniſſe Capharnaum, ac ibi ſeruum Centurionis ſanaſſe. Hac occaſione ab exordio ſumpta ſingulorum narratione, ordinem ſeruat, vſq; dum dominus ad ſecundum Paſcha profectus eſt Hieroſolymam. Atque hic interrupta naratione (nolebat enim vt diximus eorum quæ in Iudæa acta ſunt ante vltimū aſcen

ſum facere mentionem) commodum locum na-
ctus iterum anticipandi doctrinam, quod ante fe
cerat, vt ſermoni generalem circuitum præpone-
ret, id rurſum hic facit, ſecūdo enim generali cir-
cuitu propoſito (duos enim deſcribunt Euange-
liſtæ) miſſionem Apoſtolorum anticipat, quod
in ea plurima ad doctrinam pertinētia ſint dicta,
quodque non commode poſſet diutius reticere
nomina & ordinationem Apoſtolorum. Huic
eodem conſilio ſubieciſſe videtur legationem Io-
annis ; nam & huius occaſione plurima ſunt di-
cta, & vix potuit (ita anticipato ſermone) loco
cōmodiore conſtitui, contigit enim non diu poſt
illum ſermonem. Addit huic exprobrationem, eo
dem forte conſilio, & ſunt qui putent hic etiam
contigiſſe. His ita narratis, initio Cap. duodeci-
mi, repetit quædam quæ redeundo ex Iudæa poſt
ſecundum paſcha contigerant, ad eum vſque lo-
cum in quo fuerat habitus ſermo in itinere. Et
quia clariſſimum miraculum factum fuit a Do-
mino Capharnai, cum ſecundo, poſt ſermonem,
eo rediſſet ; hinc Matthæus, iterum exorſus ſe-
riem narrationis, eam ad finem vſq; continuat,
præter pauciſſima quædam, eaque minima, de
quibus ſatis in concordia. Ergo præter anticipa-
tam doctrinam, vix quicquam eſt in quo ſeriem
hiſtoriæ non ſeruarit, adeo vt nullum ſingulare
miraculum inueniatur narraſſe ordine præpoſte-
ro. Series ergo capitum Matthæi ſic habet.

Ca. Matthæi.	Cap. aliorum Euang.	Cap Concordiæ.
1.	Genealogia Chriſti.	6.
	Modus generationis.	7.
	Ep iphania.	9.
	Fuga in Ægyptum.	
2.	Inſantes.	11.
	Reditus ex Ægypto.	
	Ioannis baptiſmus. b 1.c 3	
	Prædicatio Ioannis,	13.
3.	Veſtitus & eſca Ioannis. b.1.	
	Baptiſmus Chriſti.b. 1.c3.	14.
	Ieiunium & tentatio Chriſti. b. 1. c. 4.	15.
	Iter e Iudæa in Galilæam.b.1.d 4.	23.
	Habitatio in Capharnaum.	24.
4.	Prædicatio in Galilæa.b.1.c.5.	24.
	Vocatio diſcipulorum.b.1.c.5.	26.
	Circuitio Galilææ.b.1.c.4.	29.
	Beatitudines. c.6.	40.
5.	Iuſtitia Euangelica.c.6.	41.
6.	Oculus ſimplex.	
	Sollicitudo vana.	42.
7.	Varia documenta.c.6.	43.
	Leproſus.	44.
	Seruus Centurionis.c.7.	45.
	Socrus Simonis.b.1.c.4.	28
8.	Omnes male habentes.b.1.c.4.	30
	Reprehenſio ſcribæ.c.9.	
	Maris tempeſtas.b 4 c 8	31
	Liberati a dæmonis.b 5.c 8	32

Cap. Matthæi.	Cap. aliorum.	Cap. concord.
	Paralyticus.b 2.c 5	33
	Matthæi vocatio.	
	Filij ſpoſi.b 2.c 5	34
9	Iairus. Emorrhoiſſa.b 5.c 8	35
	Duo cæci, vnus dæmoniacus.	36
	Circuitio ſecunda.b 6.c 8	55
10.	Miſſio Apoſtolorum.b 6.c 9	55
	Legatio Ioannis.c 7	47
11	Exprobratio.c 10	79
	Confricatio ſpicarum.b 2.c 6	38
	Manus arida.b 3.c 6	39
12.	Dæmoniacus cæcus & mutus.c 11	49
	Confutatio ſcribarum & phariſ.b 3.c 11	49
	Mater & fratres.b 3.c 8	50
	Parabolæ. Seminantis.b 4.c 8	51
	Parabolæ. Zizaniorum.	52
	Parabolæ. Grani ſinapis.b 4	52
	Parabolæ. Fermenti.	52
	Parabolæ. Expoſitio zizaniorum.	52
13	Parabolæ. Theſauri. Margaritæ.	53
	Parabolæ. Sagenæ.	53
	Nazareth.b 6.c 4	54
	Incarceratio Ioannis.b 6.c 3	22
	Decollatio.b 6.c 9	56
	Quinque panes.b 6.c 9.d 6	57
14	Ieſus ſuper mare.b 6 d 6	58
	Petrus ſuper mare.	58
	Geneſar.b 6	58

Illotæ

Cap. Matthæi.	Cap. aliorum.	Cap. concord.
	Illotæ manus.b 7	60
	Cananæa.b 7	61
15	Muti, cœci, claudi, &c.	62
	Septem panes.b 8	63
	Signum de cœlo.b 8	64
16.	Fermentum Phariſæorum.b 8	64
	Fides Petri.b 8 c 9	66
	Transfiguratio.b 9.c 9	67
	Dæmonium.b 9.c 9	68
17	Prædictio mortis.b 9.c 9	69
	Didragma.	69
	Quis maior.b 9.c 9	70
18.	Non ſcandalizandi puſilli.b 9	70
	Condonandum.	71
	Receſſus è Galilæa.b 10 c 9.d 7	72
	Acceſſus trans Iordanem.b 10.c 10	92
19	Matrimonium.b 10.c 6	95
	Paruuli.diues.b 10.c 18	100
	Operarij	101
	Prædictio mortis.b 10.c 18	104
20	Mater filiorum Zebedæi.b 10	104
	Cœci poſt egreſſum Ierico.b 10	108
	Rami palmarum.b 11.c 19.d 12	110
	Eiectio vendentium.b 11.c 19	111
21.	Ficulnea.b 11	112
	In qua poteſtate b 11.c 20	113
	Parabolæ Filiorum.	114
	Parabolæ Vineæ.b 12.c 20	114

Cap. Matthæi.	Cap. aliorum.	Cap. concord.
	Inuitati ad nuptias.	115
	Tributum ſoluendum.b 12.c 20	116
22.	Saducæi.b 12.c 20	117
	Magnum mandatum.b 12	118
	Chriſtus cuius filius.b 12.c 20	119
	Audiendi nō imitandi ſcribæ.b 12.c 20	120
23	Væ.	120
	Prædictiones.b 13.c 21	122
24.	Aduentus ad iudicium.b 13.c 21	123
	Vigilandum.b 13.c 21	124
	Decem virgines.	125
25.	Talenta.	126
	Iudicium.	127
	Pactio.b 14.c 22	128
	Cœna in Betania.b 14.d 12	129
	Agnus Paſchalis.b 14.c 22	129
	Notatio proditoris.b 14.c 22.d 13	132
26.	Euchariſtia.b 14.c 22	131
	Prædictio negationis.b 14.c 22.d 13	133
	Hortus.b 14.c 22.d 18	138
	Iudicium Caiphæ.b 14.c 22.d 18	139
	Negatio Petri.b 14.c 22.d 18	140
	Concilium mane.b 15 c 23	141
	Mors Iudæ.	141
	Examen Pilati.b 15.c 23.d 18	142
27.	Barrabbas flagelatio.b 15.c 23 d 18	143
	Coronatio.cōdēnatio.b.15.c.23.d.19.	143
	Crucifixio.b.14 c.23.d.18.	144
	Sepultura.b.15.c 23.d.19.	145

Cuſto

Cuſtodia ſepulchri. 145
Reſurectio.b.16.c.24.d.26. 146
Ieſus occurrit mulieribus.milites. 149
In monte Galilææ.b.15. 150

MARCVS præter tria quæ prius omiſſa, repetenda putauit, continuam ſcribit hiſtoriam. Nam cum narrando vſque ad dictas parabolas perueniſſet, priuſquam Dominum peregre agentem deſcriberet (dictis ſiquidem parabolis, relicta Capharnao ſemper eſt peregrinatus, nec Capharnaum tanquam domum rediјt ſed eam tantum aliquoties vt alias Ciuitates pertranſijt) quædam repetenda putauit à ſe ante non narrata. Parabolis ergò ſubijcit ſedationem maris, quaſi eo ipſo die quo parabolæ dictæ ſunt, contigiſſet, quod contigerit ad idem littus, & vbi ſimiliter Dominus docuiſſet è naui. vide cap. 31. adiungit hiſtoriam dæmoniaci, & porcorum quæ ſimul contigerat, cui aduentum Iairi ſic ſubijcit quaſi redeunti Domino à Geraſenis occurrerit antequam domum intraret, quia ſcilicet paulo poſt interpoſitis ijs quæ prius narrauerat, ad hoc ipſum littus Iairus acceſſiſſet. vide cap. 35. *Præter* hæc continua hiſtoria eſt, præter paucula quædam adeo minuta, vt ob ea non debeat cæteri ſeries interrupta. Et illa ipſa quæ diximus ab eo poſt parabolas repetita, libenter poſt parabolas collocaſſemus, ſi *Matthæi* narratio permiſiſſet, ſed poſt omnia diligenter inſpecta planè perſuaſum habemus, ea ante parabolas contigiſſe.

Cap. Marci.	Cap. aliorum.	Cap. concord.
	Baptiſmus, prædicatio Ioan. a 3. c 3	13
	Eſca, veſtitus Ioannis. a 3	13
	Baptizatus Chriſtus. a 3. c 3	14
	Ieiunium, tentatio Chriſti. a 4. c 4	15
	Iter e Iudæa in Galilæam. a 4. d 4	23
1.	Prædicatio in Galilæa. a 4. c 4	24
	Vocatio diſcipulorum. a. 4 c 5	25
	Ingreſſus Capharnaum, dæmonium. c 4	27
	Socrus Simonis oēs male hab. a 8. c 4	28
	Seceſſus in deſertum, leproſus. c 5	29
	Paralyticus. a 9 c 5	33
2	Matthæi vocatio, filij ſponſi. a 9. c 5	34
	Confricatio ſpicarum. a 12. c 6	38
	Manus arida. a 12. c 6	39
3	Electio duodecim Apoſtolorum. c 6	40
	Confutatio ſcribarū & phariſ. a 12. c 11	49
	Mater & fratres. a 12. c 8	50
	Seminantis. a 13. c 8	51
4	Parabolæ. Sementis.	52
	Synapi. a 13	52
	Maris tempeſtas. a 8. c 8	31
	Liberatus a legione a 8. c 8	32
5	Iairus Emorrhoiſſa, a 9. c 8	35
	Nazareth. a 13 c 14	54
	Miſſio Apoſtolorum, a 9. c 8	55
6	Decollatio Ioannis, a 14. c 9	56
	Incarceratio, a 14 c 3.	22
	Quinque panes, a 14. c 9.	57
	Ieſus ſuper mare, a 14. d 6	58

Illotæ manus,a 15. 60
7 Cananæa,a 15 61
Surdus & mutus, 62
Septem panes,a 15 63
Signum de cœlo,fermentum phar.a 16. 64
8 Cœcus in Bethſaida, 65
Fides Petri,a 16,c 9 66
Transfiguratio a 17 c 9 67
Dæmonium,a 17 c 9 68
9 Prædictio mortis,a 17.c 19 69
Quis maior,a 18.c 9 70
Matrimonium,a 19.c 16 95
Paruuli,diues,a 19.c 18 100
10 Prædictio mortis,a 20.c 15 104
Filij Zebedæi,a 20 104
Cœcus poſt egreſſum Ierico,a 20 108
Rami palmarum,a 21.c 19.d 12 110
Ficulnea,a 21 111
11 Eiectio ementium,& venden.a 21.c 19 112
In qua poteſtate,a 21.c 20 113
Parabola vineæ,a 21.c 20 114
Tributum ſoluendum,a 22.c 20 116
Saducæi,a 22.c 20 117
12 Magnum mandatum,a 22. 118
Chriſtus cuius filius,a 22.c 20 119
Audiendi nõ imitandi ſcribæ,a 23.c 20 120
Vidua pauper,c 21 121
Prædictiones,a 24 c 21 122
13 Aduentus ad iudicium,a 24.c 21 123
Vigilandum,a 24.c 21 124
Pactio,

Cap. Marci.	Cap. aliorum.	Cap. concord.
	Pactio,a 26.c 22	128
	Cœna in Betania a 26.d 12	109
	Agnus paſchalis,a 26.c 22	129
	Notatio proditoris,a 26 c 22	132
14	Euchariſtia,a 26.c 22	131
	Prædictio negationis,a 26.c 22 d 13	133
	Hortus,a 29.c 22.d 18	138
	Iudicium Caiphæ,a 26.c 22.d 1	139
	Petri negatio,a 26.c 22.d 18	140
	Concilium mane,a 27.c 22	141
	Accuſatio ante Pilatum,a 27.c 23.d 18.	143
	Barabbas,a 27.c 23.d 18	143
15	Flagellatio, coronatio, condemnatio, a 27. c 23.d 19	143
	Crucifixio,a 27.c 23.d 19	144
	Sepultura,a 27.c 23.d 19	145
	Reſurectio,a 28.c 24.d 20	146
16	Emaus,c 24.	147
	In monte Galilææ,a 28	156
	Aſcenſio,c 24	150

LVCAS res geſtas diligenter didicerat partim a Paulo, partim ab alijs, quo ordine & tempore quidque contigiſſet non ita acceperat, & videbat id non magnopere referre, nec eius magnam rationem habuiſſe Paulum Apoſtolum, itaq; nec id ſibi curandum putauit, arbitratus ſufficere, ſi res quas diligenter didicerat, diligenter annotaret. In ordine maximè ſequtus videtur Marcum, & cum ſæpe data opera explicare

plicare voluiſſe. Qui quamuis minime id agat, vt ordine res narret, nō multum tamen diſcedit ab ordine. Nam vſq; ad initium octaui cap. & a medio noni vſq; ad finem. Ferme continua hiſtoria eſt. Nec neceſſe eſt hic perſequi ea in quibus his locis ordinem non ſeruauit, cum de ijs quod ſufficere debeat actum ſit ſuis locis in concordia. Initio autem oct. cap. cum cœpiſſet a ſecundo circuitu, quo dn̄s cœpit agere peregre ſine domo, ob quam etiam cauſam facit hic mentionem mulierum comitantium & ſubminiſtrantium dn̄o, cum inquam cępiſſet ab hoc circuitu, proximeq; ſequeretur miſſio, priuſquam pergeret ad miſſionem quædam omiſſa repetere voluit, incipitque ab inſigni illa parabola ſeminantis, quia ſcilicet paulo ante hunc circuitum dicta erat, huic addit aduentum matris & fratrum, qui proxime ante parabolam cōtigerat, vt occaſione parabolæ eius recordatus videatur. Subijcit deinde eodem ordine, quo Ma.r de maris tēpeſtate ſedata, de porcis & Iairo ac Emorrhoiſa, in quibus repetendis non dubium eſt quin ſit Marcum ſequtus. Reliqua vt diximus ſatis ſunt explicata in concordia.

Series capitum Lucæ.

Cap. Lucæ.	*Cap. aliorum.*	*Cap. concord.*
	Proemium.	Proemium.
	Annunciatio & conceptio Ioannis.	2
	Annunciatio & incarnatio Chriſti.	3
	Viſitatio, canticum Mariæ.	4
	Natiuitas Ioan. Canticum Zachariæ.	5

Natiuitas

Cap. Lucæ.	*Cap. aliorum.*	*Cap. concord.*
1	Natiuitas, Paſtores, Circunciſio.	8
2	Purificatio, Simeon, Anna.	9
	Inuentio Ieſu in templo.	12
	Baptiſmus, prædicatio Ioan. a 3. b 1	13
3	Incarceratio Ioannis, a 14. b 6	23
	Chriſtus baptizatus, a 3. b 1	14
	Genealogia Chriſti.	14
	Ieiunium, Tentatio chriſti, a 4. b 1.	15
	Ingreſſus in Galilæam, a 4 b 1 d 4	24
	Nazareth, a 13. b 4	54
4	Ingreſſus capharnaum, ſpiritus immundus, b 1.	27
	Socrus ſimonis, omnes male hab. a 8. b 1.	28
	Egreſſus in deſertum, b. 1.	29
	Vocatio diſcipulorum, a 4. b 1	26
5	Leproſus, b 1.	29
	Paralyticus, a 9 b 2	33
	Matthæi vocatio, filij ſponſi, a 9. b 2	34
	Confricatio ſpicarum, a 12. b 2	38
	Manus arida, a 12. b 3	39
6	Electio duodecim Apoſtolorum, b 3	40
	Beatitudines, a 5	40
	Iuſtitia Euangelica, a 5	41
	Varia documenta, a 7	43
	Seruus Centurionis, a 8	45
	Filius viduæ.	46
7	Legatio Ioannis, a 11	47
	Mulier peccatrix.	48

Secun-

Cap. Lucæ.	Cap aliorum.	Cap. concord.
	Secundus circuitus, a 9.b 6	55
	Parabola ſeminantis, a 13.b 4	51
	Mater & fratres, a 12.b 3	50
8	Maris tempeſtas, a 8.b 5	31
	Liberatus a legione, a 8.b 5	32
	Iairus Emorrhoiſſa, a 9,b 5	35
	Miſſio Apoſtolorum, a 10.b 6	55
	Decollatio Ioannis, a 14.b 6	56
	Quinque panes, a 14.b 6,d 6	57
	Fides Petri, a 16.b 8	66
9	Transfiguratio, a 17.b 9	67
	Dæmonium, a 17.b 9	68
	Prædictio mortis, a 17.b 9	69
	Receſſus e Galilæa, a 19.b 10,d 7	72
	Reprehenſio trium, a 8	30
	Miſſio ſeptuaginta.	79
	Exprobratio & confeſsio, a 11.	79
10	Samaritanus.	80
	Martha & Maria.	81
	Oratio.	82
11	Dæmoniacus, cæcus, & mutus, a 12.b 3	49
	Væ.	83
	Mors non timenda.	84
12	Sollicitudo diuitiarum.	85
	Fidelis ſeruus	86
	Pœnitentia,	87
13	Mulier contracta.	88
	Anguſta via.	89

Cap. Lucæ.	*Cap. aliorum.*	*Cap. concord.*
14	Hydropicus, & alia quædam.	90
	Omnibus renunciandum.	92
15	Ouis, dragma, filius perditus.	93
16	Villicus.	94
	Epulo.	95
17	Varia documenta.	97
	Decem leproſi.	73
	Iudex iniquus.	98
	Phariſæus, & publicanus.	99
18	Paruuli diues, a 19. b 10	100
	Prædictio mortis, a 20. b 10	104
	Cæcus ante ingreſſum Ierico	105
	Zachæus.	106
	Decem minæ.	107
19	Rami palmarum, a 20. b 11. d 12	110
	Eiectio ementium & vend, a 21. b 11	111
	In qua poteſtate, a 21. b 11	113
	Parabola vineæ, a 21. b 12	114
	Tributum ſoluendum, a 22. b 12	116
20	Sadducæi, a 22. b 12	117
	Chriſtus cuius filius, a 22. b 12	119
	Audiendi non imitandi ſcrib. a 23. b 12	120
	Vidua pauper, b 12.	121
	Prædictiones, a 24. b 13	122
21	Aduentus ad iudicium, a 24. b 13	123
	Vigilandum, a 24. b 13	124
	Paſſio, a 26. b 14	128
	Agnus paſchalis, a 26. b 14	129

Eucha-

Cap. Lucæ.	*Cap. aliorum.*	*Cap. concord.*
	Euchariſtia, a 26.b 14	131
	Notatio proditoris, a 26.b 14 d 13	132
	Contentio.	133
22	Prædictio negationis, a 26.b 14 d 13	133
	Hortus, a 26.b 14 d 18	138
	Negatio Petri, a 26.b 14 d 18	140
	Illuſio in domo Caiphæ, a 26.b 14	139
	Concilium phariſæorũ mane, a 27.b 15	141
	Accuſ. ante Pil. & examen, a 27 b 15.d 18	142
23	Barabbas flagellatio, a 26.b 15.d 18	143
	Coronatio, condemnat. a 26.b 15.d 19	143
	Crucifixio, a 27.b 15.d 19	144
	Sepultura, a 27.b 15.d 19	145
	Reſurectio, a 28.b 16.d 20	146
	Emaus, b 16.	147
24	Veſpera reſurectionis, d 20	148
	Apparitio vltima, & aſcen, a 28.b 16	150

IOANNES nuſquam ab ordine diſcedit, niſi quod multa intermittit, quod omnibus commune eſt, habent enim ſinguli propria quædam: ſed Ioannes data opera, ea omiſit quæ vidit ſatis ab alijs deſcripta, itaque ipſe pauciſſima habet cum alijs communia, eaque ferme pertractat, vt diximus quæ ad diuinitatem pertinent, & ſolus acta primo anno deſcribit, & quæ in Iudæa geſta ſunt, ante vltimo relictam Galilæam.

Series

Cap. Ioan.	*Cap. aliorum.*	*Cap concord.*
	Verbum caro factum.	1
1	Legatio Iudæorum, teſtimonium Ioannis,	16
	Diſcipuli.	17
	Nuptiæ.	18
2	Eiectio primo paſchatæ.	19
	Nicodemus.	20
3	Secundum teſtimonium Ioannis.	21
	Iter è Iudæa in Galilæam, a 4. b 1. c 4	22
	Fons.	23
4	Ingreſſus in Galilæam, a 4. b 1. c 4	24
	Filius Reguli.	25
5	Betheſda.	37
	Quinque panes, a 14. b 6. c 9	57
6	Ieſus ſuper mare, a 14 b 6	58
	Panis cœleſtis.	59
	Receſſus e Galilæa, a 19. b 10. c 9	72
7	Scœnophegia.	74
	Mulier adultera.	75
8	Lapidantes.	76
9	Cæcus natus.	77
	Verus paſtor.	78
10	Encœnia.	92
	Ieſus trans Iordanem, a 19. b 10	92
	Lazarus.	102
11	Conſilium primum.	103
	Cœna in Betania, a 26. b 19	109
12	Rami palmarum, a 22. b 11. c 19	100

Gentiles

Cap. Ioan.	*Cap. aliorum.*	*Cap. concord.*
	Gentiles cupientes videre Ieſum.	131
	Lotio pedum.	130
13	Notatio proditoris, a 25. b 14. c 22	132
	Prædictio negationis, a 26. b 14. c 22	133
14	Sermo poſt cœnam.	134
15	Continuatio.	135
16	Continuatio.	136
17	Oratio Ieſu.	137
	Hortus, a 26. b 14 c 22	138
	Iudicium Calphæ, a 26. b 14	139
28	Negatio Petri, a 26. b 14. c 22	140
	Pilati examen, a 27. b 15. c 23	142
	Barabbas, a 27. b 15 c 23	143
	Flagel. coro. condem. a 27. b 15 c 23	143
	Crucifixio, a 27. b 15. c 23	144
	Latus.	145
	Sepultura, a 27. b 15 c 23	145
	Reſurectio, a 28. b 16. c 24	146
20	Veſpera reſurectionis, c 24	148
	Poteſtas remi tendi peccata, Thomas	148
	Ad mare Tyberiadis.	149
	Alia multa facta Ieſu.	150

e TOTIVS

TOTIVS HISTORIAE PERIOCHA.

QVid ſequuti ſimus in contexenda concordia quod ad inſtitutum noſtrum attinet, ſatis ſuis locis explicuimus, hic tantum breuiter totam hiſtoriam perſtringemus, & eam in præcipua membra & partes diſtinguemus, cum annotatione temporis & loci. Verbo igitur æterno in Nazareth incarnato, *Maria* ſtatim profecta eſt in Iudæam ad viſitandum Elizabeth; ac poſt tres menſes domum reuerſa, proxima partui ob Cæſaris edictum, iuit Bethleem, ibiq; peperit in ſtabulo, Auguſto Cæſare regnãte, Impletiſq; diebus purgationis, profecta eſt Hieroſolymam, vt ſiſteret puerum Domino, reuerſaq; Bethleem, inde fugit in Ægyptum, vnde poſt obitum Herodis, rediens, habitauit Nazareth. Cumque quot annis proficiſcerentur Hieroſolymam ad feſtum *Paſchæ*, natus *D*ominus annos duodecim, remanſit Hieroſolymis, ac poſt triduum inuentus, rediјt Nazareth cum parentibus, & erat ſubditus eis. Cum autem ingrederetur Dominus annum trigeſimum, venit Betabaram ad Ioannem, ibique eſt ab eo baptizatus, vnde decedens in deſertum, ieiunauit, & poſt ieiunium rediens Betabaram, Ioanne eum digito demonſtrante, cœpit habere diſcipulos, ac inde ſtatim proficiſcens in Galilæam, venit in Cana (vbi mutauit aquam in vinum) ac inde Capharnaum

pharnaum. Vnde paulopoſt inſtāte feſto Paſchæ, profectus eſt Hieroſolymam, eiecitq; vendentes, & ementes e templo, ac in ijs locis aliquandiu conuerſatus, tranſactis feſtis non multo ante quā mitteretur Ioannes in carcerem, venit in locum vicinum Ænon quo loco cœperunt homines baptizari baptiſmo Chriſti, quem paulo ante veniente ad ſe Nicodemo inſtituerat. Atq; hoc anno (hæc enim ſub finem eius anni quo Dominus fuerat a Ioanne baptizatus contigerunt) Dominus etſi concionatus ſit, & diſcipulos habuerit, & multa miracula fecerit, ferme tamen latuit, nec tanto concurſu eſt concionatus, nec ſe publice & aperte geſſit pro Meſſia: ſed anno finito, miſſoq; Ioanne in carcerem, relinquens Dominus Iudæam in qua fuerat a feſto Paſchæ, proficiſcens in Galilæam per Samariam ſimulatq; attigit Galilæam, cœpit magno concurſu concionari, ſeq; publice gerere pro Meſſia, ac in itinere filium Reguli ſanauit, & vocauit diſcipulos, ac ita ingreſſus Capharnaum in ea tum habitationem elegit. Vnde paulo poſt egreſſus in deſertum, circuiuit Galilæam, maxime circa Capharnaum, quo in circuitu cum vitare volens turbas transfretaret ad Geraſenos, ſedauit tempeſtatem, & apud Geraſenos hominem ſanauit a legione. Vnde iterum transfretans, redijt Capharnaum, ac ſanauit paralyticum demiſſum per tectum. Ac paulo poſt rurſum egreſſus ad mare, Matthæum vocauit, eoq; venit Iairus, quem cum dominus ſequeretur Ca-

pharnaum ſanauit Emorrhoiſſam, & ab Iairo domum eundo, duos cœcos. Ac interim dum hæc gererentur, quatuor menſes labebantur. Iamque inſtante altero feſto paſchæ, profectus eſt Dominus Hieroſolymam, ac tum ſanauit ægrum ad piſcinam: nec diu moratus in Iudæa, rediјt in Galilæam. Atq; hoc itinere confricatio ſpicarum facta eſt, & ſanata manus arida, & ob calumniam phariſæorum ſeceſſit Dominus ad mare, quo cũ conueniſſet maxima multitudo, eoſq; curaſſet, a veſpere conſcendit in montem, ac ibi mane elegit duodecim Apoſtolos, & deſcendens poſtridie, inuenta adhuc multitudine, ſermonem eum habuit qui dicitur in monte, ac ita rediјt Capharnaum, & ſanato ibi ſeruo Centurionis, egreſſus iuit Naim, vnde poſt acceſſum nunciorum Ioannis, rediјt Capharnaum, & ſanato dæmoniaco cœco & muto, iterum egreſſus ad mare, dixit parabolas, ac inde proficiſci cœpit in patriam ſuam pertranſeundo Capharnaum. Iamq; finiebatur alter annus a baptiſmo, & primus a publico ingreſſu Galilææ. Initio ergo tertij anni a baptiſmo, proficiſcens in patriam ſuam, reliquit Capharnaum, & cœpit agere peregrinus, pertranſiuit tamen adhuc aliquoties Caparnaum, ſed pertranſiit tantum vt alias ciuitates, eo vero tanquam domum, non rediјt. Vbi ergo fuiſſet in patria, eam partem Galilææ circuiuit, quæ adiacebat Nazareth, quo in circuitu miſſi ſunt Apoſtoli. Apoſtoli vero ad Dominum circa feſtum Paſchæ redeun-

deuntibus (hoc enim quadrimeſtri, aut circiter, Dominus circuiuit, & Apoſtoli ſunt concionati) ſeceſſit cũ eis in deſertum Bethſaidæ, vbi quinq; panibus pauit multitudinem, & cum iuſsiſſet diſcipulos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, circa vigiliam noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare, & cum transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar, ac ita per Bethſaidam, & vicina loca redierunt Capharnaum, vbi diſſeruit de pane cœleſti, tempore Paſchali, ſatis enim ſignificat Ioannes Dominum manſiſſe hoc paſchate in Galilæa, nec fuiſſe in Iudæam vſq; ad feſtum tabernaculorum in Septembri. Hanc enim etiam partem vltimi anni Dominus egit in Galilæa: quo tempore paulo poſt Paſcha, poſt diſceptationẽ de illotis manibus, ſeceſſit Dominus in partes Tyri & Sidonis, vnde ſanata filia Cananeæ, per Sidonem venit ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos, vbi ſanato ſurdo & muto cõſcendit in montem, quo cum plurima turba conueniſſet, ſanatis plurimis, omnes ibi pauit ſeptem panibus, tranſfretauitq; in partes Dalmanuta & relictis Pharifæis ſignũ è cœlo petentibus, conſcendit iterum nauim, & venit Bethſaidam vbi ſanato cœco, egreſſus eſt in partes Ceſareæ Philippi, ibiq; commendata fide Petri, eo & filijs Zebedæi aſsũptis, duxit eos in montem Tabor, vbi coram eis eſt transfiguratus, ac deſcendenti de mõte occurrit turba, ſanatoque dæmoniaco prætergrediebatur

Galilæam, & prædicta morte ſua & reſurrectione, venit Capharnaum, vbi tanquam peregrinus ſol uit didragma, hincq; per Samariam quo itinere decē leproſos curauit, relictā Galilæa, venit Hieroſolymam ad feſtum tabernaculorum, ibiq; primum docuit, tū mulierem adulteram liberauit, & cum eum Iudæi lapidare vellent, egreſſus è tēplo cœcum illuminauit, ac aliquandiu in vicinis locis conuerſatus ſub ſtolſtitium brumæ, miſit ſeptuaginta, ac Hieroſolymam reuerſus ad feſtum encœniorum, cum eū Iudæi iterum lapidare vellent & comprehendere, dilapſus è manibus eorum, abijt in fines Iudææ trans Iordanē vbi Ioannes primum baptizabat, & vt conſueuerat, iterū docebat, & curabat. Interea ægrotabat Lazarus, hinc ergo Dominus accerſitus a ſororibus Lazari, venit Betaniam, & ſuſcitato Lazaro, cum permoti phariſæi hoc miraculo: collecto cōcilio conſtituiſſent eum interficere, occulte abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephren, ibiq; aliquandiu moratus eſt cum diſcipulis, donec poſtremo, moriturus, acceſſit Hieroſolymam ad proximum paſcha, quo itinere pertranſijt Ierico, ac ita venit Betaniam, & poſtridie aſino inſidens ſolenni pompa tāquam rex & Meſſias a lege & prophetis promiſſus, ingreſſus eſt Hieroſolymam & templum. Reliquæ ſunt tres inſignes partes hiſtoriæ vna ab hoc ingreſſu Hieroſolymorum, vſq; ad ingreſſum horti, in quo captus fuit. Secunda, ab horto vſq; ad reſurrectionem.

nem. Tertia, a reſurrectione, vſq; ad aſcenſionem, in quibus quia ordo perſpicuus eſt, nihil neceſſe eſt eas hic dearticulare, aut illuſtrare.

SERIES CAPITVM CONCORDIAE.

PROOEMIVM.
1. Verbum caro factum. d 1.
2 Annunciatio Ioannis. c 1.
3 Annunciatio Chriſti, c 1.
4 Viſitatio Canticum Mariæ, c 1.
5 Natiuitas, Circunciſio Ioannis, c 1.
6 Genealogia Chriſti, a 1.
7 Modus generationis Chriſti, a 1.
8 Natiuitas, Paſtores, Circunciſio, c 2.
9 Epiphania, a 2.
10 Purificatio, Simeon, Anna, c 2.
11 Fuga, Infantes, Reditus, a 2.
12 Inuentio Ieſu in templo, c 2.
13 Baptiſmus, Prædicatio Ioannis, a 3. b 1. c 3.
Veſtitus, Eſca Ioannis, a 3. b 1.
14 Baptiſmus Chriſti, a 3. b 1. c 3.
Genealogia, c 3.
15 Ieiunium tentatio Chriſti, a 4. b 1. c 3.
16 Legatio Iudæorum. d 1.
Teſtimonium Ioannis
17 Diſcipuli, d 1.
18 Nuptiæ, d 2.

19 Primum paſcha, eiectio, d 2.
20 Nicodemus, d 3.
21 Teſtimonium ſecundum Ioan. d 3.
22 Miſſio Ioannis in carcerem, a 14. b 1. c 3.
Seceſſus in Galilæam, a 4 b 1. d 4.
23 Fons, Samaritana, d 4.
Ingreſſus in Galilæam.
24 Prædicatio, Fama a 4. b 1. c 4 d 4.
Habitatio, a 4.
25 Filius Reguli, d 4.
26 Vocatio diſcipulorum, a 4. b 1. c 5.
Ingreſſus. Caphar Doctrina,
27 Spiritus immundus, b 1. c 4.
28 Socrus Simo. oẽs male habentes, a 8. b 1. c 4.
Exitus in deſertum. Leproſus, b 1. c 4.
29 Circuitio prima Galilææ, a 4.
30 Reprehenſio trium, a 8. c 9.
31 Maris tempeſtas, a 8 b 5. c 8.
32 Sanatus a legione, a 8 b 5. c 8.
33 Paralyticus, a 9. b 2. c 5.
Matthæi vocatio,
34 Diſcipuli Ioannis, a 9. b 2. c 5.
35 Iairus. Emorrhoiſſa, a 9 b 5 c 8.
36 Duo cœci, vnus dæmoniacus, a 9.
37 Betheſda, d 5.
38 Confricatio ſpicarum, a 12. b 2. c 6.
39 Manus arida, a 12 b 3 c 6.
Electio Apoſtoloru , b 3 c 6.
40 Beatitudines, a 5 c 6.
41 Iuſtitia Euangelica, a 5 c 6.

42 Ocu-

42 Oculus rectus, vana ſollicitudo, a 6.
43 Varia documanta a 7. c 6.
44 Leproſus, a 8.
45 Seruus Centurionis, a 8. c 7.
46 Filius viduæ, c 7.
47 Legatio Ioannis, a 11 c 7.
48 Mulier peccatrix, c 7.
49 Dæmoni. cœcus & mutus, a 12. b 3 c. 11.
50 Mater & fratres, a 12 b 3 c 8.
51 Parabola ſeminantis, a 13. b 4. c 8.

Zizaniorum, a 13.
Seminis, b 4.

52 Parabolæ Synapi, a 13. b 4.
Fermenti, a 13.
Expoſitio zizaniorum, a 18.

Theſauri.
53 Parabolæ Margaritæ, a 13.
Sagenæ.

54 Nazareth, a 13. b 6. c 4.
Circuitio ſecunda Galilææ, a 13. b 6 c 8.
55 Miſſio Apoſtolorum, a 9. b 6. c 8.
56 Decollatio Ioannis, a 14. b 6. c 9.
57 Quinque panes, a 14 b 6. c 9. d 6.
58 Ieſus ſuper mare, a 14. b 6. d 6.
59 Panis cœleſtis, d 6.
60 Illotæ manus, a 15 b 7.
61 Cananæa, a 15. b 7.
62 Surdus & mutus, b 7.
Multi curati, a 15.

93 Septem

63 Septem panes,a 15 b 8.
64 Fermentum phariſæorum,a 14.b 8.
65 Cæcus in Bethſaida,b 8.
66 Fides Petri,a 16.b 8.c 9.
67 Transfiguratio,a 17.b 9 c 9.
68 Dæmonium,a 17.b. 9.c 9.
69 Prædictio mortis,a 17.b 9 c 9.
Didragma,a 17.
Quis maior,a 18.b 9.c 9.
70 Scandalum,a 18.b 9.
Non contemnendi paruuli,a 18.
71 Condonandum,a 18.
72 Receſſus e Galilæa,a 19.b 10.c 9.d 7.
73 Dedem leproſi,c 17.
74 Scœnophegia,d 7.
75 Mulier adultera,d 8.
76 Lapidantes,d 8.
77 Cæcus natus,d 9.
78 Verus paſtor,d 10.
79 Miſſio ſeptuaginta,c 10.
Exprobratio.confeſſio,a 11.c 10.
80 Samaritanus,c 10.
81 Martha & Maria,c 10.
82 Oratio,c 11.
83 Væ. c 11.
74 Mors non timenda,c 12.
85 Sollicitudo diuitiarum,c 12.
86 Fidelis ſeruus,c 12.
87 Pœnitentia,c 13.
88 Mulier contracta,c 13.

89 Anguſta

89 Anguſta via,c 13.
90 Hydropicus,c 14.
91 Omnibus renunciandum,c 14.
Encœnia,d 10.
92 Ieſus tranſ Iordanem,a 19.b 10.d 10.
Ouis.
93 Parabolæ Dragmæ. c 15.
Filij perditi.
94 Villicus c 16.
95 Matrimonium,a 19.b 10.c 16.
96 Epulo,c 16.
97 Varia documenta,c 17.
98 Iudex iniquus,c 18.
99 Phariſæus,& publicanus,c 18.
100 Paruuli,diues,a 19.b 10.c 18.
101 Operarii,a 20.
102 Lazarus,d 11.
103 Conſilium primum,d 11.
104 Prædictio mortis,a 20.b 10.c 18.
Fili Zebedæi,a 20 b 10.
105 Cæcus ante Ierico,c 18.
106 Zachæus,c 19.
107 Decem minæ,c 19.
108 Cæcus poſt Ierico,a 20 b 10.
109 Cœna in Betania,a 28 b 14.d 12.
110 Rami palmarum,a 21.b 11.c 19.d 12.
Ingreſſus in templo,a 211.b 11.c 19.d 12.
111 Eiectio,a 21.b 11.c 19.
Gentiles,d 12.
112 Ficulnea,a 21.b 11.

113 In qua

113 In qua poteſtate, a 21. b 11. c 20.

114 Parabolæ Filiorum, a 21. Vineæ, a 21. b 12. c 20.

115 Inuitati ad nuptias, a 22.

116 Tributum ſoluendum, a 22. b 12. c 20.

117 Sadducæi, a 22 b 12 c 20.

118 Magnum mandatum, a 22. b 12.

119 Chriſtus cuius filius, a 22 b 12. c 10.

120 Audiendi ſcribæ, a 23. Cauendi, a 23. b 12. c 20. Væ, a 23.

121 Vidua pauper, b 12. c 21.

122 Prædictiones, a 24 b 13. c 21.

123 Aduentus ad iudicium, a 24 b 13.

124 Vigilandum, a 24. b 13. c 21.

125 Decem virgines, a 25.

126 Talenta, a 25.

127 Iudicium, a 25.

128 Pactio, a 26. b 14. c 22.

129 Agnus paſchalis, a 26. b 14. c 22.

130 Lotio pedum, d 13.

131 Euchariſtia, a 26. b 14. c 22.

132 Notatio proditoris, a 26. b 14. c 22. d 13.

133 Contentio quis maior, c 22. Prædictio negati, a 26. b 14. c 22. d 13.

134 Sermo poſt cœnam, d 14.

135 Continuatio, d 15.

136 Continuatio, d 16.

137 Oratio Ieſu, d 17.

138 Hortu

138 Hortus,
139 Iudicium Caiphæ,a 26.b 14.c 22.d 18.
140 Negatio Petri,
Concilium mane.a 27.b 15.c 22.
141 *Mors* Iudæ,a 27.
Accuſatio ante Pilatum,c 23.
142 Examen Pilati,a 27.b 15.c 23.d 18.
Miſſio ad Herodem,c 23.
Barabbas,
143 Flagel. coron.cond.a 27.b 15.c 23.d 19.
144 Crucifixio.
Latus,d 19.
145 *Sepultura*,a 27.b 15.c 23.d 19.
Cuſtodia,a 27.
146 Reſurrectio,a 28 b 16.c 24.d 20.
147 Emaus,b 16.c 24.
Veſpera reſurrectionis,c 24.d 20.
148 Thomas,d 20.
149 Ad *Mare* Tyberiadis,d 21.
Vltima apparitio,a 28.b 16.c 24.
150 Aſcenſio,b 16.c 24.
Multa alia facta Ieſu,d 21.

HABES igitur Chriſtiane lector vtcunque dearticulatam totam vitam & peregrinationem Domini, cum annotatione temporis, & loci, vt commodiſſime, & in ar-tes uiuidi, & memoriæ mandari poſsit. Omnes certe [illegible] hanc hiſtoriam tamquam digi-

tos noſtros tenere deberemus, atque vtinam, quod valde cupimus, id hac ſumma deliniatione& totius hiſtoriæ contexione conſequamur, vt eam nobis familiarem faciamus, quotidieq; partem aliquam, aut particulam aſſumamus, quā expendamus, in qua meditemur de qua gratias agamus, eamq; ad vitam noſtram & actiones accomodemus, ſentiremus profecto fructum admirabilem, & progreſſum in re Chriſtiana. Itaq; viſum eſt etiam totam hiſtoriam in ſingulos hebdomadæ dies diſtribuere. Ac ferię quidem ſecundæ, a veſpera ſcilicet diei dominicæ, vſq; ad veſperam diei lunæ, hiſtoria infantiæ. & pueritiæ Domini, cum hiſtoria primi anni, vſq; ſcilicet publicum ingreſſum in Galilæam tribuatur. Tertiæ verò feriæ, ſeu a veſpera diei lunæ, vſq; ad veſperā diei martis, hiſtoria ſecundi anni, qui eſt primus quo ſe dominus publice geſſit pro Meſſia; ab ingreſſu ſcilicet ſupradicto, vſq; Nazareth. Feriæ autem quartæ, ideſt, a veſpera diei martis, vſque ad veſperam diei mercurij, reliqua geſta in Galilæa vſq; ſcilicet feſtum tabernaculorum. Feriæ quintæ ſeu a veſpera diei mercurij, vſq; ad veſperam diei Iouis, geſta in Iudæa, vel vſq; ſuſcitationem Lazari vel vſq; ramos palmarū. Sextæ quæ eſt a ueſpera diei Iouis, uſq; ad ueſperam diei ueneris, a ramis uel ſuſcitatione Lazari, uſq; ingreſſum horti, in quo captus eſt dominus. Et hinc a ueſpera ueneris uſq; ueſperam ſabbati, quæ eſt ſabbatum, ab horto uſq; reſurectionem, Veſpera

ueró

uerò ſabbathi, uſq; finem diei Dominicæ, a reſurrectione in finem uſque hiſtoriæ. Sed ſi cui partes aliquæ nimis magnæ uideantur, ſumat ſaltem quotidie aliquam particulam. Breuis certè eſt hiſtoria pueritiæ & infantiæ, Et hiſtoria anni primi etſi breuiſſima ſit, tamen pulchre ad Paſcha diuidi poteſt, & in uniuerſum hiſtoria tota pulcherrimè per hæc tempora diuiditur, Paſcha dico & tempus, quo Dominus fuit baptizatus, quod eſt ſolſtitium brumæ, ſeu Domini natiuitas. Semper enim his tẽporibus geſtum eſt aliquid inſignè, & tale a quo quaſi noua hiſtoria ſumat initium, quod & in hiſtoria infantiæ uidere licet. Et ad tertium Paſcha cum Dominus manſit in Galilæa, habita eſt diſputatio de pane cœleſti, & hinc uſq; ad feſtum tabernaculorum, non nimis certe longa hiſtoria eſt. Nec hinc uſq; miſſionem ſeptuaginta, quæ circa poſtremũ ſolſtitium brumæ contigit, quo Dominus uixit. Ab hac uerò miſſione uſque ſuſcitatum Lazarum, præter documenta ex Luca pauciſſima ſunt, & hinc uſque ad ramos palmarum, ac ita deinceps non nimis certe longe partes ſunt, aut particulæ quo minus etiam ab occupatiſſimis, horis diei ſucciſiuis, uel etiam in medijs actionibus & occupationibus, commode poſſint expendi, & ad uitam accommodari, præſtante Domino noſtro IESV Chriſto, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen.


INRI

Hiſtoria Euangelica.

PROOEMIVM EX LVCA,

Hoc procemium non minus conuenit toti Hiſtoriæ Euangelicæ, quam Euangelio Lucæ.

QVONIAM quidē multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis cō pletæ ſunt rerum; ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerūt ſermonis: viſum eſt & mihi, aſſequuto omnia, à principio diligenter ex [1] ordine tibi ſcribere optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem.

1. *Non ſignificat ordinem rerum geſtarum, ſed ſe poſt diligentem rerum perueſtigationem ita deinceps aggreſſum ſcribere.*

VERBVM DEI AETERNVM CARO FACTVM.

Initium ab æterna Chriſti natura, & facit quidē Io. in hoc initio mētionem miſſi Ioannis & teſtimonij eius, ac verbi incarnati, ſed hæc nec debuerunt

nec potuerunt alio loco conſtitui, quia hæc ideo in ſumma dicit hoc loco, vt doceat, qua ratione ipſũmet verbum æternum Chriſtus ſit, & Meſſias, quia ſcilicet caro factum hominum lux venit in mundum, & dans hominibus poteſtatem filios Dei fieri habitauit, cõuerſatusq; eſt in nobis, quæ omnia quomodo facta ſint deinceps tota declarat & deſcribit hiſtoria, eſtq; hoc quaſi totius hiſtoriæ generalis propoſitio & argumentum.

CAP. I.

¶.D.1.In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes, hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux; ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit, In propria

pria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbū caro factum eſt; & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriā quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. (*Ioannes teſtimonium perhibet cap. 16.*

ANVNCIATIO ET CONCEPTIO IOANNIS.

CAP. II.

¶ C. 1. Fuit in diebus herodis regis Iudeæ, ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia; & vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autē iuſti ambo ante Deum; incedentes in omnibus iuſtificationibus Domini, ſine querela, & non erat illis filius; eò quòd eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſsēt in diebus ſuis. Factum eſt autem cùm ſacerdotio fungeretur Zacharias, in ordine vicis ſuæ, ante Deum, ſecundum conſuetudi

nem ſacerdotij, ſorte exijt, vt incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudiũ tibi & exultatió, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex vtero matris ſuæ; & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum, & ipſe præcedet ante illum, in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectã. Et dixit Zacharias ad Angelum. Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens, Angelus, dixit ei. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangeli-

gelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, vſq; in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credideris verbis meis, quæ implebũtur in tempore ſuo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabãtur quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem nõ poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus. Et factum eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domum ſuam. Poſt hos autẽ dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinq;, dicens, quia ſic fecit mihi Dñs in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.

ANVNCIATIO ET INCARNATIO CHRISTI.

CAP. III.

C. 1. In menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen virginis, Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit. Aue gra-

tia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deũ. Ecce cõcipies in vtero & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Ieſũ. Hic erit magnus, & Filius altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in Domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi; ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filiũ in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus, illi quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.

VISITATIO.

CAP. IIII.

C. 1. Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in Montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth, & exclamauit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. & beata quæ credidiſti, quoniã perficientur ea quæ dicta sũt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomẽ eius.

Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerũ ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula. Manſit autẽ Maria cum illa, quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.

NATIVITAS IOANNIS.

CAP. V.

C. 1. Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur illi. Et factum eſt die octauo, venerunt circũcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater eius dixit: nequaquam, ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo eſt in cognatione

tione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem ilicò os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum: Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes: quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto, & prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſæculo ſunt prophetarum eius. Salutẽ ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiã cũ patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In ſancti

tate

tate & iuſtitia coram illo, omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Puer autẽ creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

(Factum eſt autem. cap. 8.

GENEALOGIA CHRISTI.

Genealogia Ioſeph ex poſteritate Salomonis, ita enĩ Iudæis ſcribens regalem progeniem Meſſiæ à Dauide proponit.

CAP. VI.

¶ A. 1. [1]Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autẽ genuit Iacob. Iacob aũt genuit Iudã & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares

res autem genuit Eſrom. Eſrom autem ge nuit Aram. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. Salmon autem ge nuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid Regem. Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autẽ genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Io ſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioa-tan. Ioatan autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam. Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in trãſmigratione Babilonis. Et poſt trãſmi-gratianem Babilonis Iechonias genuit Sa latiel. Salatiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem ge nuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim au-tem genuit Eliud. Eliud autẽ genuit Ele-

azar

azar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Omnes itaq; generationes ab Abraham vſq; ad Dauid generationes quatuordecim. Et à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babilonis, generationes quatuordecim. Et à trãſmigratione Babilonis vſq; ad Chriſtum, generationes quatuordecim.

1. *Id non eſt titulus libri, ſed ſignificat à quo incipiatur hiſtoria.*

MODVS GENERATIONIS CHRISTI.

Loquitur quidem Matt. de generatione in vtero, non tamen dubium quin quæ narrat, contigerint, non multo ante partum; poſt reditum, ſcilicet Mariæ ab Elizabeth. Ideo neq; præcedens caput alio loco Collocari debuit aut potuit.

CAP. VII.

A. 1. Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria. Ioſeph, antequam conuenirent, inuẽta eſt

in vte-

in vtero habens de Spiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: ecce Angelus domini apparuit in ſomnis ei dicẽs: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu sãcto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM, ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum eſt vt impleretur quod dictum eſt à Domino per propheta mdicentẽ. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomẽ eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut pręcepit ei Angelus domini, & accepit coniugem ſuam. Et non cognoſcebat eam donec peperit filiũ ſuum primogenitum. Et vocauit nomen eius Ieſum. *(Cum ergo. c. 9.*

NATIVITAS PASTORES.
CIRCVNCISIO.

CAP.

CAP. VIII.

¶. C. 2. Factum eſt autem in diebus illis exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudeã, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleẽ, eò quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore pregnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi, impleti ſunt dies eius vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit eos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere. Ecce euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Domi-

Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentiū. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum eſt vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cœlum; Paſtores loquebantur ad inuicem. Tranſeamus vſq; Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes, & inuenerūt Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierāt mirati ſunt, & de his quæ dicta erāt à paſtorihus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes Deū, in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur.

(& poſtquam. cap. 10.

Magos veniſſe ante purificationem, & Aug. tenet, & ab Eccleſia receptum eſt, id decimatertia poſt natiuitatem contigiſſe.

CAP. IX.

¶ A 2. Cùm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis. Ecce magi ab [1]Oriente venerunt Hieroſolymam dicentes. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eũ. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes Principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudæ, ſic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enĩ exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens eos in bethleem. dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: &

ro: & cùm inueneritis renũciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente antecedebat eos, vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt, gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, Aurum, Thus, & Myrrham. Et reſpõſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viã reuerſi ſunt in regionem ſuã (*qui cùm receßiſſent. c.* 11.

1. *Etiam Balaam dicit ſe vocatum ab Oriente, Nu.* 24. *& magos hos veriſimile eſt fuiſſe ex poſteritate Balaam & eius oraculo veniſſe: ita facile ex Aram aut vicinis locis, Meſopotamia, vide licet aut caldæa venire potuerunt.*

PVRIFICATIO SIMEON ANNA.

CAP. X.

C.2 Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius, ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalem, vt ſiſterent eũ

Domino, ſicut ſcriptũ eſt in lege Dominî quia omne maſculinum adaperiens vuluã ſanctum Domino vocabitur. Et vt darent hoſtiam, ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo in Hieruſalẽ cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſpõſum acceperat à Spiritu ſancto, nõ viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Et venit in ſpiritu in templũ. Et cũ inducerẽt puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum & dixit. Nũc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Et erant pater eius & mater mirantes ſuper his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in

ſignum

ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer, hæc proceſſerat in diebus multis & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſque ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte. Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabāt redemptionem Iſrael. *(& vt perfecerunt omnia. Cap. 12.*

FVGA IN AEGIPTVM INFANTES REDITVS.

CAP. XI.

A. 2. ₁ Qui cùm receſſiſſent, ecce angelus Domini ² apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Surge & accipe puerum, & matrē eius, & fuge in Aegiptum, & eſto ibi: vſq; dum dicam tibi: futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdēdum eum Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegiptum, &

erat ibi vſq; ad obitũ Herodis: vt adimple
retur quod dictum eſt a Domino per pro-
phetam dicentem. Ex Aegipto vocaui fi-
lium meum. Tunc Herodes videns quo-
niam illuſus eſſet à magis, iratus eſt valdè.
Et mittentes occidit omnes pueros, qui
erant in Bethleem, & in omnibus finibus
eius, à bimatu & infra, [3] ſecũdum tempus
quod exquiſierat à magis. Tunc adimple
tum eſt quod dictum eſt per Hieremiam
prophetam dicentem. Vox in rama audita
eſt, ploratꝰ & vlulatus multus Rachel plo-
rans filios ſuos, & noluit conſolari quia
non ſunt. Defuncto autem Herode, ecce
Angelus Domini apparuit ĩ ſõnis Ioſeph
in Aegipto dicens. Surge & accipe puerũ
& matrem eius, & vade in terram Iſrael:
Defuncti ſunt enim, qui quærebant ani-
mam pueri. Qui conſurgens accepit pue-
rum & matrem eius, & venit in terrã Iſra-
el. Audiens autem quod Archelaus regna
ret ĩ Iudæa pro Herode patre ſuo, [4] timuit
illo ire. Et Admonitus in ſomnis ſeceſſit
in partes Galilææ, & veniens habitauit in
ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adim-
pleretur quod dictum eſt per prophetas,
quo-

quoniam Nazaræus vocabitur. (*In diebus autem illis cap.* 13.

1. *Non ſignificatur nihil inter receſſum magorum & fugam hanc contigiſſe, cùm tempus vtcunq; magnum interceſſerit.*

2. *Quia hæc apparitio vt cauſa fugæ docet, contigit in Bethleem, & inde fugit Ioſeph, conſtat eum poſt purificationem rediſſe Bethleem, vbi ſibi putabat habitandum*

3. *Hoc tantùm referri debet ad infra: bimulos enim non ſecundum tempus ſtellæ iuſſit occidi, ſed ne ſi Chriſtus eſſet maior elaberetur. Si enim bimulos ſecundum tempus ſtellæ occidiſſet, ſine dubio etiam maiores bimulis occidiſſet. & fortè non oẽs minores. hinc tamen conſtat iſtud non ſubito poſt receſſũ magorũ contigiſſe. Veriſimile eſt enim Herodẽ aliquã diu expectaſſe, & cùm increbeſceret fama Meſiæ nati hoc tandum conſilium accepiſſe.*

4. *Niſi ex Bethleem fugiſſet, & exiſtimaſſet ſibi ibi habitandum, recta iuiſſet Nazareth præſertim cùm ibi domum haberet.*

INVENTIO IESV IN TEMPLO

Licet Luc. dicat eos reuerſos vt perfecerunt legalia,

 tamen

tamen ex cã fuga, & illo metu Ioſeph conſtat hũc reditum non è Iudæa ante fugã, ſed ex Ægypto factum. Et nota ſæpe aliquid narrari, quaſi mox poſt aliud, cum multa interceſſerint. Nec ſignificat non aliam fuiſſe cauſam manendi in Iudea, quam abſeruationem legalium, licet id videatur ſignificare.

CAP. XII.

C. 2. Et vt perfecerunt omnia ſecundũ legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolenni Paſchæ. Et cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus illis Hieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cũ redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalẽ & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes eũ regreſſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eũ. Et factum eſt poſt triduũ, inuenerunt illũ in templo, ſedentem in medio doctorum, audien-

audientem illos,& interrogantem eos Stu pebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te? Et ait ad illos. Quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerũt verbum quod locutus eſt ad eos Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc, in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate,& gratia, apud Deum & homines.

BAPTISMVS. PRAEDICATIO. VESTITVS. ESCA IOANNIS.

Ter poſuimus in textu prophetiam Eſaiæ. quia Mar. eam referre videtur ad deſignandũ initium Euangelij ſeu prædicationis Chriſti, licet quidam aliter diſtingnant Luc. ad prædicatiouem Ioannis, Matt, ad ipſummet Ioannem, & ad hæc omnia referri poteſt & debet.

CAP. XIII.

¶ B. 1. [1]Initiũ Euangelij Ieſu Chriſti filij

Dei ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta. Ec
ce mitto. Angelum meũ,ante faciem tuã,
qui præparabit viam tuam ante te. Vox
clamantis in deſerto, parate viam Domi-
ni,rectas facite ſemitas eius.

¶ C. 3. Anno autem quintodecimo Im
perij Tiberij Cæſaris; Procurante Pont io
Pilato Iudæam. Tetrarcha autẽ Galilææ
Herode. Philippo autem fratre eius tetrar
cha Itureæ & Traconitidis
regionis. & Lyſania Abile-
næ tetrarcha, ſub principi-
bus ſacerdotũ Anna & Cai
pha: factum eſt verbum Do
mini ſuper Ioannem Zãcha
riæ filium in deſerto. Et ve-
nit in omnem regionem Ior
danis,prædicans baptiſmum
pœnitentiæ in remiſſionem
peccatorum 3 (ſicut ſcriptũ
eſt in libro ſermonũ Eſaiæ prophetæ. Vox
clamantis in deſerto parate viam domini
rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis
implebitur,& omnis mons & collis humi-
liabitur,& erunt praua in directa, & aſpe-
ra in vias planas, & videbit omnis caro
ſalutare

2
¶ A 3. In diebus
autem illis venit
Ioannes Baptiſta
prædicans in de-
ſerto Iudææ.

B. Fuit Ioãnes in
deſerto baptizãs,
& prędicãs baptiſ
mum pœnitẽtiæ,
in remiſſionẽ pec
catorum.(& egre
diebatur. infra.

ſalutare Dei.)

A. Dicens pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem: Vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum, & zonam pelliceã circa lumbos ſuos. Eſca auem eius erat locuſtæ, & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eũ Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos phariſeorum, & Saducæorũ venientes ad baptiſmum ſuũ.

B. Et erat Ioãnes veſtitus pilis Cameli, & zona pellicea circa lũbos eius, & Locuſtas & mel ſylueſtre edebat (& prædicabat. infra.

B. Et egrediebatur ad eũ omnis Iudæa regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo ĩ Iordanis flumine confitẽtes peccata ſua (& 4 erat Io. ſupra.

C. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo. Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira. Facite ergo fructus dignos pœniten-

A. Dixit eis. Progenies viperarũ quis demõſtrauit vobis fugere à ventura ira Facite ergo fructũ dignum

nitẽtiæ:& ne cœperitis dicere. Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis,quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis, ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: oĩs ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ dicẽtes. Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat

gnũ pœnitentiæ & ne velitis dicẽre iutra vos: Patrẽ habemus Abraham. Dico eñ vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicẽ arborũ poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur.

illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur,& dixerũt ad illum: Magiſter quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quàm quod vobis conſtitutum eſt, faciatis. Interrogabant autem eum & milites dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis,& cõtenti eſtote ſtipendijs veſtris. Exiſtimante autem populo,& cogitãtibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus: reſpon

dit

dit Ioannes dicens omnibus.

A Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius nõ ſum dignus, calceamẽta portare. B [5] Cuius non ſum dignus, procumbens ſoluere corrigiam calceamẽtorum eius. A Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. Cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream ſuã, & congregabit triticum in horreum ſuum. Paleas autẽ comburet igni inextinguibili.

B. Et prædicabat dicẽs: Venit fortior me poſt me. C Ego quidẽ baptizo vos aqua, veniet autem fortior me poſt me, cuius nõ ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽtorũ eius. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni, cuius vẽtilabrũ ĩ manu eius, & purgabit arcã ſuã, & congregabit triticũ in horreum ſuũ, paleas aũt cõburet igni inextinguibili. B Ego baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

C. Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo. ([6]Herodes autem c. 22.

1. *Non eſt inſcriptio, ſed ſignificat Euangeliũ Chriſti cœpiſſe à Ioanne, vt prædixit Eſa.*

2. *Hinc conſtat eiuſmodi formulas in illis diebus, tũc in illo die & ſimiles, non ſemper pertinere ad tempus rei prænaratæ: ſed vel indefinitè ſumi pro quodam tempore, vel certè pertinere ad tempus rei*

quæ

quę narratur, hæc enim circiter triginta annis poſt prænarrata a Matt. contigerunt.

3 *Parentheſis non eſt Euangelij, ſed eam adiecimus, vt cohereret narratio Matt. cum narratione Luc. nec mutatur ſenſus.*

4 *Mar. Prius concurſum poſt veſtitum & eſcam, Matt. contra, ideò lectio Mar. nonnihil eſt inuerſa vt reſponderet. cum narratione Matt. id & in alijs nonnunquam eſt factum.*

5 *Potuit vtrumque dictum eſſe, licet videatur eſſe ingeminatio non neceſſaria.*

6. *Perſpicuum eſt Luc. hic non ſeruaſſe ſeriem rerum geſtarum, ſed obiter ſubieciſſe mentionem incarcerationis, vt intelligeretur malitia & audacia* Herodis.

BAPTISMVS CHRISTI. ET EIVS GENEALOGIA.

CAP. XIIII.

B. 1. Et factum eſt in diebus illis, venit Ieſus à Nazareth Galileæ.

A. 3 Tunc venit Ieſus à Galilæa.

A. In Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. 1. Ioannes autem prohibebat eum dicens. Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus dixit ei. ſine modò, ſic enim decet

cet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum.

B. Et baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.

B. Et ſtatim aſcendens de aqua.

A. Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce.

C. 3. Factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante.

C. Apertũ eſt cœlum & deſcendit Spiritus ſanct. corporali ſpecie ſicut colũba in ipſum. Et vox de cœlo facta eſt.

B. Vidit cœlos apertos, & Spiritum ſanctum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo. Et vox facta eſt de cœlis. Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

A. Aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem corporali ſpecie ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum. Et ecce vox de cœlis dicens.

C. Tu es filius meus dilectus in te complacui mihi.

A. 2 Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui.

C. Et ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi 3 annorum triginta, vt putabatur filius Ioſeph, qui fuit 4 Eli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matthathie, qui fuit Amos qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, qui

ge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salatiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mattha, qui Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha, qui fuit Menam, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab qui fuit Arã, qui fuit Efrom, q fuit Phares, q fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fui Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Matuſale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainam, qui fuit Enos, qui fuit ſeth, qui fuit Adã, qui fuit Dei.

1. *Ioannes nunc primùm videns Chriſtũ afflatu Spiritus eum etiam ante baptiſmum agnouit, & ſtatim poſt baptiſmum, etiã publico ſigno, ob populũ.*

2. *Incertum vtrum ſit dictum ideo vtrumque reliquimus.*

3. *Hinc conſtat Dominum baptizatum, circa ſolſtitiũ brumæ, id eſt, fermè tempore ſuæ natiuitatis.*

4. *Continua genealogia Mariæ ex poſteritate Nathan. Erat enim Eli pater naturalis Mariæ, cuius dicitur Ioſeph quia maritus Mariæ. Hebræis autem eadem ſunt Eliachim & Ioachim, vt videre licet in Rege Ioachim; ita pater Mariæ dicebatur Ioachim & Eliachim & cauſa breuitatis Eli, hæc eſt ſuccintiſſima & commodiſſima ratio concordandi Euangeliſtas, & certe ex eo quod Luc. dicit, vt putabatur filius Ioſeph, ſatis conſtat eum non deſcribere genealogiam Ioſeph, ſed Mariæ. Suntq; omnes vt nobis quidem videtur diuerſæ perſonæ vſque Nathan ab ijs quæ ſunt in genealogia Matt. nec dubium quin ita deſcenderit Dominus à Dauid, vt nulli alij, etiam carnali propagatione. nec ex linea ſucceſſione uè Salamonis, nec ex linea Nathan niſi ipſi regnum quod tenuit Dauid, debetur. nulloque modo conſentaneum eſt Euangelio Ioſeph alias vxores habuiſſe, aut proles cuius q̃uis non fuerit Dominus filius, carnali propagatione, ſic tamen eius filius fuit, vt ad eum hereditas & ius regni pertineret, per lineam Ioſeph ſeu Salamonis.*

IEIVNIVM TENTATIO.

CAP. XV.

¶ C. 4. Ieſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane.

B. 1. Et [1]ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.

¶ A. 4. Tũc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo.

C. Et agebatur in ſpiritu i deſerto. Diebus quadraginta & tentabatur à diabolo.

B. Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à ſatana, eratq; cum beſtijs.

C. Et nihil manducauit in illis diebus.

A. Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator dixit ei. ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit. Scriptũ eſt. Non in ſole pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſſũpſit

C. Et conſummatis illis poſtea eſuri t Dixit autẽ illi diabolus. Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.
Et reſpondit ad illum Ieſus: Scriptum eſt, quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei.

2. Et duxit illum in Hieruſalē. & ſtatuit eum ſuper pinnam templi, & dixit illi. Si filius dei es, mitte te hinc deorſum ſcriptum eſt enī, qđ Angelis ſuis mandauit de te, vt conſeruēt te, & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedē tuum Et reſpondens Ieſus ait illi Dictum eſt, nō tētabis Dñm Deum tuum. Et duxit illū diabolus in montē excelſum, & oſtendit illi oīa regna orbis terrę.
A. Et dicit ei hæc omnia tibi dabo. Si cadens adoraueris me.

pſit eum diabolus in ſanctā ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi. & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorſum. ſcriptum eſt enim. Quia Angelis ſuis mādauit de te, vt conſeruent te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus rurſum. Scriptum eſt. Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè, & oſtēdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

C. In momento temporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu ergo procidens ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia.

C. Et reſpondens Ieſus dixit illi:

A. 3 Tunc dixit ei Ieſus: vade ſatana, ſcriptum eſt enim

C Domi-

Dominum Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies.

4. Dñum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

C. Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab Illo, vſque ad tempus. (*& regreſſus. cap.* 24.

A. Et ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei. (*Cùm autem, cap.* 23.

B. Et Angeli miniſtrabant ei. (poſtquam autem cap. 23.

1. *Statim ſatis ſignificat nihil interceſſiſſe inter Baptiſmum, & ieiunium.*
2. *Poſteriores tentationes vulgò apud Luc. inuerſæ leguntur, ſed Amb. eodem ordine legit, & quædam exemplaria, & Matt. ſatis ſignificat ſe ordinem tentationum ſeruaſſe, id enim oſtendunt illæ dictiunculæ, tunc, iterum, quæ inſinuant ordinem.*
3. Hoc *ſatis ſignificat ſeruatum a Matt. ordinem tentationum.*
4. Hic *plerique Græci codices habent etiam vade poſt me ſatana, ex quo ſatis conſtat hanc eſſe tertiam tentationem.*

LEGATIO IVDAEORVM. TESTIMONIVM IOANNIS.

CAP. XVI.

D. 1. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens. [1] Hic erat quem dixi,

xi, qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. Et de plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimoniũ Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es? Vt reſponſum demus his qui nos miſerunt: quid dicis de teipſo? Ait, Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viã Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta. Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas? ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neq; propheta? Reſpondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum [2] ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me

venturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamēti. Hæc in Bethabara facta ſunt, trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. 3 Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebam eum: ſed vt manifeſtetur in Iſrael, proprerea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicens. Quia 4 vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eū. Et ego 5 neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.

1. *Hic quædā anticipatio eſſe videtur, incipit enim à teſtimonio dato altera legationis, & quia Ioannes legatis dixerat, quæ in teſtimonio dicit ſe ante dixiſſe, redit ad narrandam legationem pridie factam. Licet veriſimile ſit, Ioannem ſæpius hæc dixiſſe, etiam antequam Chriſtus veniret ad Baptiſmum.*

2. Ex

2. *Ex eo quod dicit ſtetit, & ipſe eſt, ſignificare videtur Dominum iam baptizatum, tum enim medius ſtetit. Dicit autem qui poſt me venturus eſt, quia nondum apertè & publice venerat, nec durante prædicatione Ioannis concurſum habuit, quẽ ſtatim miſſo Ioanne in carcerem, ſed ferme latuit.*
3. *Poſtridie legationis Iudæorum.*
4. *Hinc conſtat iſta poſt Chriſti Baptiſmum & ieiunium contigiſſe, & Dominum poſt ieiunium rediſſe ad locum vbi Ioannes baptizabat.*
5. *Non quin ſtatim venientem ad baptiſmum agnouerit, ſed quia eadem hora ſignum pulicum accepit, quod intelligebat populo prædicandum, ſimile habetur Exodi tertio.*

DISCIPVLI.

CAP. XVII.

D. 1. [1] Altera die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dixit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum magiſter) vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi ma-

neret, & apud eum manſerunt 2 die illo. hora autẽ erat quaſi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & ſequuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, inuenimus Meſſiam. (quod eſt interpretatum Chriſtus.) Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. 3 In craſtinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus. Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Natanael, & dicit ei. Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ: Inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Et dicit ei Natanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: veni & vide. Vidit Ieſus Natanael venientem ad ſe, & dicit de eo. Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. Dicit ei Natanael: vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei. Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit Natanael: Rabbi tu es filius

Dei,

Dei, tu es, Rex Iſrael. Reſpondit Ieſus & dixit ei. Quia dixi tibi, uidi te ſub ficu, credis. Maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis.

1. *Ex his conſtat ſuperiora non contigiſſe, die quo Dominus eſt baptizatus, ſed eum poſt ieiuniũ rediſſe Betabaram, quia nullos ante ieiunium habuit diſcipulos, nec uinum ante uerſum eſt in aquam, cùm tamen ſequenti capite dicatur tertia poſt legationem id factum.*
2. *Videtur ſignificare eos poſtea rediſſe ad ſua, vt fecerunt. Nam ſtatim ſequitur Andream inueniſſe fratrem ſuum Nunc tamen aſſumptos fuiſſe in familiam & continuum comitatum, inde apparet, quod hic, Simon acceperit nomen Petri, ſitq; hic abſoluta vocatio & aſſumptio Philippi: & ex Ioannis narratione cõſtat, ex hoc, Dominum habuiſſe continuos diſcipulos, imò & inter hos fuiſſe ipſum Ioannem & Iacobum, quamuis nec ſe nec fratrem ſuum hic nominet. Nam conſtat ex primo Actorum à Ioannis baptiſmate, Dominũ habuiſſe valde multos diſcipulos, vixq; poteſt eſſe dubium, quin hi & primi & maximè continui fuerint, quique ſemper ſint comitati, ac oĩa viderint, etiã quæ primo anno geſta ſunt. Et Ioannes non niſi à ſe viſa miracula narrare vide-*

tur, ſeq; illud audiuiſſe, ſoluite templum hoc: Quomodo verò cum his conſentiāt quæ reliqui de vocatione dicunt; ſuo loco videbimus.

3. *Vide annotationem. 1. cap, ſequentis.*

NVPTIAE.

CAP. XVIII.

¶ D. 2. Et die ¹ tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. Et erat mater Ieſu ibi: vocatus eſt autē & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus. Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcunque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſq; ad ſummum. Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc & ferte Architriclino. Et tulerunt: vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam: vocat ſponſum Architri-

chitriclinus, & dicit ei. Omnis homo primùm vinũ bonum ponit,& cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt:tu autẽ ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc. hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ,& manifæſtauit gloriam ſuam,& crediderunt in eum [2]diſcipuli eius.

1 *Prima poſt legationem Ioannes oſtendit Dominũ digito. Ecce agnus Dei. Secunda iterum oſtendit & diſcipuli duo ſequuti ſunt Ieſum. Et adductus Petrus ad eum, & vocatus Philippus. & accedente Domino verſus Galilæam vt in craſtinũ ingrederetur Galileam à Philippo adductus Natanael: non enim tertia, ſed ſecunda id contigiſſe videtur, Sicque illud accipiendum. In craſtinum voluit exire in Galilæam. Tertia,hæ nuptiæ contigerunt:nec mirum ſimul vocatos diſcipulos: quaſi diu ante Dominus diſcipulos habuerit, nam non expræmeditato vocatus eſt Ieſus & diſcipuli, ſed cum eum iam in die nuptiarũ adeſſe viderent cũ diſcipulis, eũ cum ſuis vocarunt ad nuptias.*

2 *Vix dubium quin inter hos etiam Ioannes & Iacobus fuerint.*

EIECTIO PRIMO PASCATE.

CAP. XIX.

D. 2. Poſt hæc deſcendit [1]Capharnaũ, ipſe & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli

puli eius. Et ibi manſerunt non multis diebus. Et prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Et inuenit in tēplo vendentes oues, & boues, & columbas, & nummularios ſedentes. Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tēplo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati verò sūt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt. Zelus domus tuæ commedit me. Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis? Reſpondit Ieſus & dixit eis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo ei Iudæi. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de tēplo corporis ſui. Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus. Cùm autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha multi crediderunt in nomine

eius,

eius, videntes ſigna eius quæ faciebat. [2] Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſcet omnes, & quia ei opus non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

1 *Primus acceſſus Capharnaum quaſi habitandi cauſa, quando tamen in poſterioribus faciemus mentionem primi aut ſecundi acceſſus Capharnaum, non hunc intelligimus primum, nec ab hoc computamus, ſed ab eò quò apertè delegit habitationem in Capharnaum. miſſo Ioanne in carcerem poſt reditum ex Iudæa.*

2 *Ex his videtur non diu fuiſſe Hieroſolymis.*

NICODEMVS.

CAP. XX.

¶ D. 3. Erat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum. hic [1] venit ad Ieſum nocte, & dixit ei. Rabbi ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc [2] ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus.

mus. Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire & renaſci? Reſpondit Ieſus. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: Et quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mirereris quia dixi tibi. Oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus & dixit ei. Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis, ſi terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dile-

xit mundum, vt filium ſuum vnigenitum
daret, vt omnis qui credit in eum non pereat,
ſed habeat vitam æternam. Nō enim
miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet
mundum: ſed vt ſaluetur mūdus per
ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur,
qui autem non credit, iam iudicatus eſt:
quia non credit in nomine vnigeniti filij
Dei. Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit
in mundum, & dilexerūt homines magis
tenebras quàm lucem, erant enim eorum
mala opera. Omnis enim qui male
agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt
non arguantur opera eius. Qui autem facit
veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtētur
opera eius, quia in Deo facta ſunt.

1 *Acceſiſſe videtur cùm iam intelligeret dominum diſceſſurum.*

2 *Hinc intelligitur dominum etiam primo anno, valde multa ſigna feciſſe, licèt non tam apertè, nec tanto hominum concurſu. pauca autem, aut nulla potius ſcripta ſunt quæ primo anno fecit in Iudæa.*

TESTIMONIVM SECVNDVM IOANNIS.

CAP. XXI.

D. 3. Poſt hæc venit Ieſus & [1]diſcipuli
eius

eius in 2 Iudæam terrã, & illic morabatur
cum eis & baptizabat. Erat autem & Ioan
nes baptizans in Aenon iuxta ſalim, quia
aquæ multæ erant illic,& veniebant & ba-
ptizabantur, 3 nondum enim miſſus fuerat
Ioannes in carcerem. Facta autem eſt quæ
ſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de
purificatione .& venerunt ad Ioannem &
dixerunt ei. Rabbi qui erat tecũ trans Ior
danem,cui tu teſtimonium perhibuiſti.Ec
ce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum.
Reſpondit Ioannes & dixit. Non poteſt
homo accipere quicquam,niſi fuerit ei da
tum de cœlo. Ipſi vos mihi teſtimonium
perhibetis, quod dixerim, non ſum ego
Chriſtus,ſed quia miſſus ſum ante illum.
Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus
autem ſpõſi qui ſtat & audit eum, gaudio
gaudet propter vocẽ ſponſi. hoc ergo gau
dium meum impletum eſt 4 Illum oportet
creſcere, me autem minui. Qui deſurſum
venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra,
de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de
cœlo venit,ſuper omnes eſt.Et quod vidit
& audiuit hoc teſtatur: & teſtimoniũ eius
nemo accipit. Qui autem accipit eius te-
ſtimo-

ſtimonium, ſignauit, quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad menſurā dat Deus Spiritum. Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filium habet vitam æternam. Qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. (5. *vt ergo cap.* 23.

1. *Vix dubium quin inter hos fuerint primi Apoſtoli.*
2. *Nō ſignificat Io. vnde venerit, quod nō e Galilæa, non adeo conſtat ex præcedentibus, quàm ex fine cap.* 25. *Forte dicit Iudæam terram, ad diſtinctionem terræ Beniamin, in qua erat* Hieruſalem. *Hinc enim profectus videtur in quendam locum vicinum Aenon, ibiq́; aliquamdiu moratus, donec ſcilicet mitteretur Ioannes in carcerem, vnde tum receſſerit in Galilæam.*
3. *Satis apertè hic ſignificatur hæc non diu contigiſſe ante miſſionem Ioannis in carcerem.*
4. *Significat Ioannes ſuum munus & baptiſmum finiri, incepto baptiſmo Chriſti. et nota ſuperiore ca. inſtitutum baptiſmum, & incepiſſe homines baptizari baptiſmo Chriſti.*
5. *Hactenus primus annus vſq; ſcilicet circiter ſolſtitium brumæ, quo anno Dominus fermè latuit, vtpote adhuc tandiu prædicāte & baptizanie Ioanne. Deinceps Dominus ſe publice geſſit tanquam Meſſiam. niſi forte cùm ad ſecundam Paſcha iuit in Iudæam. licet maximè in Iudæa & primo anno & ſecun-*

& ſecūdo ſe Meſſiam & Deum declararit, idque maxime in feſtis fecerit.

MISSIO IOANNIS IN CARCEREM.

Hic ponenda fuit miſſio in carcerem, licet nullus Euāgeliſta hoc loco narret, quia ſeceſſum quem ſtatim ſuperioribus ſubijcit Io., Matt. & Mar. teſtantur contigiſſe poſt miſſum Ioannem in carcerem.

CAP. XXII.

C. 13. Herodes autē Tetrarcha cum corriperetur ab illo, de Herodiade vxore fratris ſui, adiecit & hoc ſuper omnia, &.
A 14. Tenuit Ioannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerem.
B 2 Propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, non licet tibi habere vxorem fratris tui.

A 14. Herodes enim.
B. 6. Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Ioannē & vinxit eum in carcerem.
C. Incluſit Ioannem in carcerē. (Factum eſt c. 14
A Propter Herodiadem vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Ioānes, non licet tibi habere eam.

A Et volens eum occidere, timuit populū, quia

quia ſicut prophetam eum habebant.
(die autem cap. 56.

B Herodias autem inſidiabatur illi,& vole bat occidere eum, nec poterat. Herodes autē 3 metuebat Ioannem,ſciens eūm virū iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat. *(& cùm dies c. 56.*

1 *Luc. Vt ante diximus, anticipauit miſſionē in carcerem. Matt. & Mar. occaſione decollationis.ſimul miſſionem in carcerem; narrant itaq; nullius Euang. narratio hic cohæret. & aperta eſt cauſa interruptionis.*

2 *Ioſephus aliam cauſam adfert, metum ſcilicet nouationis rerum, quod veriſimile eſt phariſæos ſuggeſſiſſe Herodi, & eorum inuidia & authoritate captum Ioannem, alioqui enim Herodes nec capere fuiſſet auſus. Idq; poſtea ſignificat Dominus cap. 67.*

3 *Metuebat quidem aliquantum & reuerebatur, ſed tamen ad placendum* Herodiadi *cupiebat eum occidere. quod ne faceret & ſanctitas Ioannis & metus populi prohibebant.*

ITER E IVDAEA IN GALILAEAM PER SAMARIAM.

Matt. & Io. Videtur diuerſas cāſ ſeceſſus in Galilæā reddere, ſed eandem ſignificāt & tradunt, vt videlicet

delicet cederet inuidiæ Phariſæorum, qui authores fuerant Herodi, vt Ioannem comprehenderet, quia plures quàm ipſi diſcipulos faciebat: itaque non dubitandum quin idem ſit ſeceſſus à quatuor Euangeliſtis ſignificatus.

CAP. XXIII.

A. 4. Cum autem audiſſet Ieſus, quod Ioannes traditus eſſet.

B. 1. Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam. (prædicans. cap. 24.

¶ D. 4. Vt ergo cognouit Ieſus, quia audierũt Phariſæi, quod Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat, [1] quam Ioannes, quanquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam. Oportebat autem eum tranſire per Samariam. venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit autẽ mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Ieſus. Da mihi bibere. [2] Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos

A. Seceſſit in Galilæam (& relicta. cap. 24.

bos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quo modo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Reſpondit Ieſus & dixit ei, ſi ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier; Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus & dixit ei. Omnis qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quā ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Ieſus: Vade voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier,& dixit: Non habeo virum, dicit ei Ieſus. bene dixiſti quia non habeo virum. Quinq; enim viros habuiſti, & nunc quem habes non eſt

tuus vir, hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus. Mulier crede mihi quia venit hora, quando neque in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt: ſed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate: nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus. Cum ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Ieſus. Ego ſum qui loquor tecum. Et continuo venerunt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid quæris, aut quid loqueris cũ ea. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus. Venite & videte hominẽ qui mihi dixit omnia quæcunq; feci. Nũquid ipſe eſt Chriſtus? Exie

runt

runt ergo de ciuitate,& veniebat ad eum.
Interea rogabant eum diſcipuli dicentes.
Rabbi manduca. Ille autem dixit eis.Ego
cibum habeo manducare quem vos neſci
tis: Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem.
Nunquid aliquis attulit ei manducare?
Dicit eis Ieſus. Meus cibus eſt, vt faciam
voluntatem eius qui miſit me, vt perficiā
opus eius.Nonne vos dicitis quod adhuc
3 quatuor menſes ſunt, & meſſis venit.Ec
ce dico vobis, leuate oculos veſtros,& vi
dete regiones,quia albæ ſunt iam ad meſ-
ſem. Et qui metit mercedem accipit, &
congregat fructum in vitam æternam, vt
& qui ſeminat ſimul gaudeat,& qui metit.
In hoc enim eſt verbum verum,quia alius
eſt qui ſeminat,& alius qui metit. Ego mi
ſi vos metere,quod vos non laboraſtis.
Alij laborauerunt & vos in labores eorū
introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi cre
diderunt in eum Samaritanorum,propter
verbum mulieris teſtimoniū perhibentis,
quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cū
veniſſet ergo ad illum Samaritani,rogaue
runt eum vt ibi maneret, & manſit ibi du
os dies, & multò plures crediderunt pro-

pter ſermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia iam non propter loquelam tuam credimus, Ipſi enim audiuimus & ſcimus, quia hic eſt verè Saluator mundi.

1. *Intellige non quam faciebat, ſed quam feciſſet, tum enim erat traditus.*
2. *Hinc conſtat nondum multos continuò comitatos; non enim omnes iuiſſent ad emendos cibos: veriſimilè tamen eſt hos fuiſſe primos Apoſtolos.*
3. *Hæc contigerunt circa ſolſtitium brumæ, meſſis enim incipiebat ad Paſcha vel paulo pòſt, vt conſtat ex ca. 5. Ioſ. & veriſimile eſt hic intelligi plenam meſſem quæ erat aliquandiu poſt Paſcha. Itaque Dominus primo anno fuit circiter octo menſibus in Iudæa.*

INGRESSVS IN GALILAEAM.

CAP. XXIIII.

D. 4. Poſt duos autem dies exiit inde & abiit in Galilæam,

C. 4. Et regreſſus eſt Ieſus [1] in uirtute ſpiritus in Galilæam.

B. 1. Prædicans Euangelium regni Dei. & dicens: quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei. Pœniteminì

nitemini & credite Euangelio. *(Et præteriens. cap. 26.*

C. Et fama exiit per vniuerſam regionem de illo.

A. 4. Et relicta ciuitate Nazareth [2] venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum, maritima, in finibus Zabulon & Nephtalim. Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam. Terra Zabulon & terra Nephtali, via maris trans Iordanem Galileæ Gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Et ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.

D. 3 Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia propheta in ſua patria honorem non habet.

A. Exinde cœpit Ieſus prædicare & dicere. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. *(Ambulans. cap. 26.*

D. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, 4 exceperunt eum Galilæi: cum omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis, in die feſto, & ipſi enim venerant ad diem feſtū

C. Et ipſe 5 docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Et 6 venit Nazareth. cap. 54.

1 *Dominus hoc ingreſſu in Galilæam, oſtendit virtutem Spiritus. Et cœpit magno hominum concurſu, cùm prius fermè latuiſſet, concionari, publicéq; ſe gerere pro Meſſia. ideo non eſt dubium quin Luc. eundem ingreſſum ſignificet: videlicet poſt traditum Ioannem.*

2 *Nondum Dominus venerat Capharnaum, ſed ita iter inſtituerat, vt relinqueret Nazareth, & iret Capharnaum habitaturus, quod ſatis intellexerunt diſcipuli.*

3 *Obiter ſignificat Io. cur non iret Nazareth, iſtud tamen teſtimonium videtur diu poſt, eſſe dictum: ſed verbum perhibuit non ad tempus rei narratæ, ſed ad tempus quo Io. hæc ſcribebat, pertinere poteſt, conſtat autem ex hoc Io. & Matt eundem acceſum in Galilæam ſignificare.*

4 *Facilè adhuc meminerãt factorum primo Paſchate, de hoc enim loqui videtur: licet omnia feſta tranſiſſent, antequam Dominus Iudæam relinqueret, veriſimileque ſit Dominum ſingulis illius anni feſtis fuiſſe Hieroſolymis.*

5 *Id non fecit Dominus primo ingreſſu in Galilæam, ſed ſecundo, capto Ioanne, ideò certum eſt eundem acceſſum in Galilæam à quatuor ſignificari.*

6 *Luc. Subdit Nazareth, non quòd nunc Dominus eò iuerit, ſed vt cõmemoratione eius quod poſteà accidit, inſinuaret, cur Dominus relicta Nazareth, iret Capharnaum habitaturus, quod & Luc.*

Ioan. & Matt. ante ſignificarunt. Voluit ergo Luc. cauſam hic ponere quam Matt. & Mar. non expreſſerant.

FILIVS REGVLI.

CAP. XXV.

D.4. Venit ergò iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audiſſet, quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum vt deſcenderet & ſanaret filium eius, incipiebat enim mori. Dixit ergò Ieſus ad eum. Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum Regulus. Domine deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus, vade filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, filius tuus viuit. Et cre-

didit

didit ipſe & domus eius tota. [1]Hoc iterũ ſecundum ſignum fecit Ieſus cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam. (*Poſt hæc erat cap.* 37.

1 *Ex eo quod hoc cap. bis dicitur iterum & ſecundum ſignum, intelligitur nihil ſequentium præceſſiſſe: & hunc eſſe ſecundum acceſſum in Galilæã, qui eſſet tertius, ſi illud cap.* 21. *venit in Iudæam terram, intelligeretur ex Galilæa.*

VOCATIO DISCIPVLORVM.

Mar. Sic narrat hãc vocationem, vt eò animaduerſo dubitari nõ poſſit, quin in itinere contigerit ante ingreſſum Capharnaum. Vide enim quomodo illud & prætereũs &c. cohæreat cum præcedentibus, & poſt vocationem ſubdit, & ingrediuntur Capharnaum. Vbi non dubium quin loquatur de diſcipulis quos dixerat vocatos. Veriſimile eſt autẽ, vt non dicam certum, hos diſcipulos toto penè anno ſemper adfuiſſe Domino: ſed quãdoque rediſſe ad ſua. vt piſcatione ſuis adeſſent. Immò in hoc itinere cùm viderẽt Dominum redire Capharnaum, paulò præceſſiſſe ad piſcandum, & quod poſſent præparandum. Videntur autem Matt. & Mar. ſignificare diſtinctè vocatos, idq; voce: ſed quod re & miraculo potius q̃ voce facta ſit vocatio Luc. poſtea ſcribens oſtendit, cũ videret id obſcurius dictũ a Matt. & Mar. Expoſuit ergo intelligendũ, Dñum cùm accederet ad mare, eos à lõge vidiſſe, valde ſollicitos, alios piſcantes, alios reficientes rete. Vi

te Vidiſſe inquam miſericorditer, conſtituendo eos eripere ab hac ſollicitudine, vt ſemel relictis omnibus (id enim cùm nondum feciſſent, hic fecerunt) & abiecta omni remora ſe ſequerentur. Ad quod certè totum quod Luc. narrat pertinuit Nam cùm tota nocte nihil cœpiſset, acceſſit et ſtetit ad mare, ac turba præſente docuit è nauicula Petri, poſtea factum miraculum, quo intelligerent quàm parum ſua induſtria & ſollicitudine poſſent, quamq; Dominus ea ſollicitudine non indigeret, ac tum intellexerunt relinquenda omnia, ſeu verbo ſit eis dictum venite poſt me, ſeu dictum non ſit, ſed re tantum ac interna inſpiratione.

CAP. XXVI.

B [1] Et [1] prateriēs ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittētes retia in mare Erant enim piſcatores. Et dixit illis Ieſus, venite poſt me & faciam vos fieri piſcatores hominū, & protinus relictis retib[9] ſequuti ſunt eum. Et

A 4. Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ. Vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piſcatores.

Et [2] ait illis. Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſequuti ſunt eum. Et procedēs inde,

de, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebebedeo patre eorum, reficientes retia ſua. Et vocauit eos. Illi autē ſtatim relictis retibus & patre,

Et progreſſus inde puſillū. Vidit Iacobum Zebedei & Ioannē fratrē eius, & ipſos cōponētes retia in naui & 3 ſtatim vocauit illos. Et relicto patre.

B. Suo Zebedeo, in naui cū mercennarijs, ſequuti ſunt eum.

A. Secuti ſunt eū (& circuibat c. 29.

¶ C. 5. Factum eſt autem cùm 4turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth. Et 5vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnū. Piſcatores autem deſcenderant & lauabāt retia ſua. Aſcendens autem in vnam nauim quæ 6erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxta retia veſtra in capturam. Et reſpondens Simon dixit illi. Præceptor per totā noctem laborantes nihil cœpimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſet, concluſerunt piſcium multitudinē copioſam. Rumpebatur autem rete eorum

rum, & annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. Quod cùm vidiſſet Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſcium quam cœperanr. Similiter aũt Iacobum & Ioannem filios Zebedei, qui erant ſocij Simonis. Et [7]ait ad Simonem Ieſus. Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et [8]ſubductis ad terram nauibus relictis omnibus ſecuti ſunt eum. (¶ *Et factum eſt cap. 29.*

1. *Græce eſt eadem vox quæ apud Matt.*
2. *Conſtituit eos vocare, & facere vt relictis omnibus continuò ſequeretur. Aut ſi illud de re ipſa intelligere malis non dicitur quod ſimulatq; vidit, vocauit, imò potius ſignificat cõtrarium ipſi enim piſcabantur, & Dominus erat procul in terra.*
3. *Mar. videtur uelle quod ſimulatq; vidit, vocauit ſed illud ſtatim aut referendũ, ad id ad quod Mat. refert, aut intelligitur de propoſito vocandi & faciendi, vt relictis omnibus ſtatim ſequerentur vt prius.*

4 *Fama*

4 *Fama aduenientis Domini, qua & Regulus venit, excitauit maximum concurſum. & videtur Luc ideò iſtud aliquantum poſtpoſuiſſe, quia nunc cœpit Dominus cum concurſu concionari. quod regulariter contigit, ab egreſſu in deſertum.*

5 *Prius viderat eos ſollicite laborantes, ſaltem oculo miſericordiæ, & etiam corporaliter: Sed cùm turbæ confluerent, & accederet Dominus ad mare, piſcatores deſcendebant, & cùm ſtaret iam naues etiam ſtabant, & venerant ad littus.*

6 *Notandum videtur, ante hanc vocationem eos nondum omnia reliquiſſe.*

7 *Hic intellexerunt ſibi omnia relinquenda, & abijciendam omnem temporalem ſollicitudinem, & fortè etiam verbo dictum. venite poſt me.*

8 *Loquitur ſimul de omnibus, ex quo omnino veriſimile eſt Matt. & Mar. diſtincte narraſſe, non quod fuerit alia & alia vocatio ſed quod accedēs à longe, prius Andream & Petrum viderit piſcantes, poſt cum propior eſſet reliquos componentes rete & nota eos in hac ipſa vocatione quam deſcribit Luc. relictis omnibus ſequutos Dominum. nec poſſe hanc vocationem præceſſiſſe, eam de qua loquuntur Matt. & Mar. ſed vnam & eandem eſſe.*

9 *Luc. Repetita vocatione quam aliquantum intermiſerat: redit ad id quod proxime ſequebatur, poſt egreſſum in deſertum.*

INGRESSVS CAPHARNAVM.

Forma narrandi Mar, docet vt diximus iam primùm

ex iti

ex itinere è Iudæa Dominũ ingreſſum Capharnaũ & non ante vocationem Apoſtolorum, ac ſtatim ſaltem primo Sabbato Dominum docuiſſe, & hoc miraclum feciſſe. Matt. autem quia non fecit mentionem ingreſſus ſed tantum itineris, nec Dominũ docuiſſe Capharnai narrat, nec meminit huius miraculi: ex quo ſtatim in ingreſſu hæc facta intelliguntur. Ideo Mar. & Luc. iſtud omnium primum narrant, & vt factum in ingreſſu. & notandum hunc deiceps a nobis primum ingreſſum dici, quia nũ c domum & habitationem accepit. vide titulũ cap. 29.

CAP. XXVII.

C. 4. Et deſcendit in Capharnaũ ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat eos Sabbatis, & ſtupebãt in doctriua eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna dicens: Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti pdere nos. Scio te, quia ſis ſanctus Dei. Et in cre-

B. I. Et ingrediuntur Capharnaum. ciuitatem Galilææ. Et ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam, docebat eos. Et ſtupebãt ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ. Et erat in ſynagoga eorum, homo in ſpiritu immundo, & exclamauit dicens. Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos. Scio quod ſis

ſis ſanctus Dei. Et commi-natus eſt ei Ieſus dicẽs. Ob-muteſce & exi de homine.

crepauit illum Ie ſus dicens: Obmu teſce, & exi ab eo.

Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna.

C. Et cum proieciſſet illum dæmonium, in medium exijt ab illo, nihilq; illum nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem dicentes: Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus & exeunt.

B. exijt ab eo.

B. Et mirati ſũt omnes, ita vt conquirerẽt inter ſe dicentes: quidnã eſt hoc? quænam doctrina hæc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat & obediunt ei.

Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ

C. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

SOCRVS SIMONIS OMNES MALE HABENTES.

Conſtat ex Mar. & Luc. iſtud cõtigiſſe proximè poſt præcedens imò vt apparet eodem diae Mat. autem poſt ſermonem in monte, cùm narraſſet Dominũ in greſſum Capharnàum ſanaſſe ſeruum Centurionis, ea oc-

ea occaſione redijt ad ea narranda, quæ poſt primum ingreſſum contigerunt. uide titu. cap. 29.

CAP. XXVIII.

C.4. Surgens aũt Ieſus de ſynagoga, intrauit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus.
A.8. Et cũ veniſſet Ieſus i domũ Petri, vidit ſocrũ eius iacentem & febricitãtem. Et tetigit manum eius & dimiſit eã febris, & ſurexit, & miniſtrabat eis
C. Et ſtans ſuper illam.
B. Et continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis.

A. Veſpere autẽ facto, obtulerunt ei multos demonia habentes.
C. Cùm autẽ ſol occidiſſet, omnes qui habebãt infirmos variis

B. 1. Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis & Andreææ, cum Iacobo & Ioanne. Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitãs, & ſtatim dicunt ei de illa.
C. Et rogauerunt illum pro ea.
B. Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius, &.
C. Imperauit febri, & dimiſit eam, & continuò ſurgens miniſtrabat eis.
B. Veſpere autem facto; cùm occidiſſet ſol, adferebant ad eum omnes male habentes & demonia habentes.
A. 1 Et eiiciebat ſpiritus verbo, & omnes male habẽ

tes curauit: vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem. Ipſe ĩfirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.

languoribus ducebant eos ad eũ. Et ille ſingulis manus imponés, curabat eos:

(1 *Videns autem. cap. 30.*

B. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, & curauit multos, qui uexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat.

C. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant eum eſſe Chriſtum.

B. Et non ſinebat ea loqui, quoniã ſciebant eum.

1. Vide titulum cap. ſequentis.

EGRESSVS IN DESERTVM. LEPROSVS. CIRCVITIO.

Ex Mar. & Luc. conſtàt hunc egreſſum contigiſſe ante reprehenſionem ſcribæ, quã ideo Matt. proxime ſuperioribus ſubiungit, quia ante generaliter circuitum qui cæperat hoc exitu deſcripſerat. Et nota hæc adeò continuè narrari à Mar, vt videatur Dominus ipſo die ingreſſus docuiſſe, & omnia hactenus narrata feciſſe, & poſtridie mane egreſſus. Non tamen hæc ſic accipienda. & Dominum

minum non diu quidem : ſed aliquamdiu tamen manſiſſe, & aliquoties docuiſſe, intelligitur ex eo quod Marc. & Luc. ad ingreſſum dicunt, & docebat eos ſabbatis, præterquam quod veriſimile non ſit Dominum vnica nocte hæſiſſe Capharnai, præſertim cùm eò veniſſet habitandi cauſa.

CAP. XXIX.

C. 4. Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum.

B. 1. Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum : ibique orabat. Et proſequutus eſt eum Simon & qui cũ illo erant. Et cùm inueniſſent eum, dixerunt ei, quia oẽs quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, ut & ibi prædicem, ad hoc enim veni.

C. Et turbæ requirebant eum, & venerunt uſque ad ipſum. Et detinebant illum ne diſcederet ab eis. quibus ille ait: quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei, quia ideò miſſus ſum.

C. Et erat prædicãs in ſinagogis Galilææ. (Factũ eſt autẽ. cap. 26. B. Et uenit ad eũ leproſus, deprecans eum, & ge

B. Et erat prædicãs in ſynagogis eorum, in omni Galilea, & dæmonia eiiciens.

C. 5.[1] Et factum eſt cũ eſſet in vna ciuitatũ, & ecce vir

pleuus lepra, & videns Ieſum, & procidens in faciem ſuam, rogauit eum dicens. Domine ſi vis, potes me mũdare.

nuflexo dicit: ſi vis potes me mundare.

B. Ieſus autẽ miſertus eius, extendit manum ſuam, & tãgens eum ait illi. Volo. mũdare Et cùm dixiſſet, ſtatim diſceſsit ab eo lepra, & mundatus eſt. Et cõminatus eſt ei, ſtatimque eiecit illum, & dicit ei: vide nemini dixeris, ſed vade, oſtẽde te Principi ſacerdotũ, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. At ille egreſſus, cœpit prædicare & diffamare ſermonem.

C. Et extendens manum, tetigit eum dicẽs. Volo mundare. Et cõfeſtim lepra diſceſsit ab illo. Et ipſe pręcepit illi, ut nemini diceret, ſed vade oſtende te ſacerdoti, & offer pro emundatione tua ſicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

C. Perambulabat autem magis de illo ſermo.

B. Ita vt iam non poſſet manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis eſſe, & conueniebant ad eum undique.

(Et iterum intra. cap. 33.

C. & conueniebant turbæ multæ, ut au-

dirent,

dirent,& curarētur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ſecedebat in deſertum locum & orabat. (*Et factum cap.* 3).

A. 4. [2] Et circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum,& prædicans Euangelium regni, & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatē, in populo. Et abiit opinio eius, in totam Syriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus, & tormentis compreheníos, & qui dæmonia habebāt, & lunaticos, & paraliticos,& curauit eos. [3] Et ſequutæ ſunt eum turbę multæ, de Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis,& de Iudæa & trās Iordanem. (4 *Videns aūt cap* 40.

1 *Vix dubium quin hiſtoria huius leproſi contigerit in hoc circuitu. vt narrāt Mar. & Luc. niſi quod Luc. quam ommiſerat vocationem interſerat. An verò ſit idem cum eo de quo Matt. cap.44. ibi videbitur. poſt ſermonem certe in monte, notior erat dominus, quàm vt eo loco conueniant, quæ hic Mar. & Luc. dicunt dilatione famæ domini, & apertè Mar. & Luc. iſtud referunt ad primas cauſas famæ domini.*

2 *Hoc loco ponenda fuit ex Matt. vniuerſa hæc deſcriptio circuitionis. quia hoc egreſſu cœpta eſt & eam apertè etiamhic ſignificant Mar. & Luc.*

3 *Matt. planè videtur hic deſcribere eã ipſam multitudinem quam Mar. deſcribit & notat, cap.39. eam ſcilicet coram qua habitus eſt ſermo qui dicitur in monte. Et hic locus eſt egregius ad intelligendum quo loco ſit ſermo quem anticipauit Matt. collocandus.* Hic *tamen iſtud reliquimus quia & in hoc circuitu turbæ multæ ſunt ſecutæ, vndiq; & etiam fortè ab his locis.*

4 *Matt. Feſtinans ad proponendam doctrinam Euangelicam (quam libenter vbiq; præmittit & anticipat) ante eam nullum ſingulatim miraculum narrat, ſed ſolùm in vniuerſum vt hic: ſingula ad doctrinæ confirmationem reſeruans.*

Reprehensio trivm.

Hæc reprehenſio & acceſſus ad mare, cum ſedatione tempeſtatis, & hiſtoria porcorum, ita cohærent apud Matt. vt ſeiungi non poſſint. Et hæc contigiſſe in circuitu dicto, antequam dominus rediret Caphar. penè certum eſt ex Matt. & magis ex eo quod nihil eorum quæ Mar. & Luc. narrant, vſq; ſedationem tempeſtatis, poſſit eam præcedere, vt ſuis locis videbitur: fuerunt itaque hic interrumpendæ narrationes Mar. & Luc. & ſequenda narratio Matt. qui reuerſus ad ea quæ poſt primum ingreſſum Caphar. contigerunt, multa ordine narrat, & ſic vt eius narratio nulla veriſimilitudine poſſit interrumpi. Egreſſus autem in deſertum. mentionem non fecit, ob cauſam ſupra dictam.

CAP.

CAP. XXX.

A. 8. Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe,[1] Iuſſit diſcipulos ire trăſfretum. C. 9. Factum eſt autem, ambulantibus eis in [2] via.

C. Dicit quidã ad illum, ſequar te quocunq; ieris. Dicit ei Ieſus, vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos, filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet.

A. Et accedens vnus ſcriba, ait illi. Magiſter ſequar te quocunque ieris. Et dicit ei Ieſus. Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet.

C. Ait autem ad alterum, ſequere me ille autem.

C. Dixit, Domine permitte mihi primũ ire & ſepelire patrẽ meum. Dixitq; ei Ieſus ſine vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos.

A. [3] Alius autem de diſcipulis eius ait illi. Domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum, Ieſus autem ait illi ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

C. Tu autem vade, & annuncia regnũ Dei Et ait alter, ſequar te Domine, ſed permitte mihi primùm renuntiare his quæ domi ſunt: ait ad illum Ieſus, nemo mittens ma-

num ad aratrum,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei. (4 *Poſt hæc autem cap. 79.*

1 *Cùm iuſſiſſet Dominus diſcipulos parare ſe ad transfretandum, in itinere acceſſit Scriba.*

2 *Loquitur quidem Luc.de via qua Dominus aſcendebat Hieruſalem. Et vix dubium quin aliquid eorum quæ narrat (vt fortè quod de tertio) in ea via contigerit,ſed quia eius occaſione. etiam reprehenſionem ſcribæ coniungit, quæ nunc in via hac ad mare contigit Totam hanc hiſtoriam licet diuerſis temporibus & locis contigerit, hic relinquendam putauimus, Maximè cum incertum ſit vbi & quaudo contigerit quod Matt. narrat de ſecundo.*

3 *Iunctione hac certum eſſet,de eodem loqui Matt. & Luc. quod certum non eſt ex Euangelio. Ideò hæc accipiatur vt veriſimilis iunctio, non vt Euangelium, quod etiam in quibuſdam alijs vſu venit, raro tamen. Dedimus enim ſeriò operam vt ne alius ſenſus, quàm qui in Euangelijs continetur, ex iunctione reſultaret.*

4. *Sufficit anno,ſecunda huius cap.*

Maris tempeſtas.

Non dubium legenti Matt. quin iſtud contigerit in tranſfretatione, de qua Matt.ſupra fecit mentionem, ſed Mar. iſtud narrat poſt parabolas dictas

ctas ad mare, & videtur ſignificare illo ipſo die factum. Dicit enim. Et ait illis in illa die cum ſero eſſet factum. Verùm hoc accipiendum, non pro die dictarum parabolarum, ſed pro die rei narrandæ. quia illo die, dominus non tranſfretauit, ſed venit domum. & parabolæ, poſt Matthæi vocationem & ſermonem in monte dictæ ſunt, iſtud longe ante contigit. Itaque & Luc. iſtud eodem ordine ſcribens quo Mar. explicans Mar. dicit. Factum eſt in vna dierum. Apertè ſignificans quod Mar. dixerat non intelligendum de die dictarum parabolarum ſed ſimili aliqua. Nam & hic dominus vbi conſcendiſſet nauim cum diſcipulis, videtur aliquantum è naui docuiſſe, & imminente veſpera imperaſſe vt ſoluerent. Sic enim illa. Tranſeamus contra, & aſcenderūt, & dimitentes turbam aſſumunt eum vt erat in naui, intelligenda ſunt, non de aſcenſu, & aſſumptione in nauim, ſed de ſolutione & aſſumptione in altum. Itaque Mar. cum ſimili aliqua die, & vt veriſimile eſt ad idem litius, contigiſſet ſedatio tempeſtatis, ſic narrat quaſi contigiſſet die dictarum parabolarum. ea vt videtur occaſione, ſedatæ tempeſtatis recordatus. Id enim ſatis ſignificat Luc. poſt parabolas, & eodem ordine dicens in vna dierū. Et Euth. monet. in illo die. dictū pro in vno dierum. vt habet Luc. Et eſt familiare Euangeliſtis eiuſmodi formulis, non ſignificare tempus rei proximè narratę, etiāſi dicāt illo die, illo tēpore, tūc vel aliquid eiuſmodi.

CAP.

CAP. XXXI.

C. 8. Factum eſt autem in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam.

A. 8. Et aſcendente eo in nauiculã, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.

C. Et diſcipuli eius.

B. 4. Et ait illis in illa die, cùm ſerò eſſet factum. Tranſeamus contra.

C. Et ait illis, trãſfretemus.

C. Trans ſtagnum, & aſcenderunt.

B. Et dimittentes turbam, aſſumunt eum vt erat in naui, & aliæ naues erant cum illo.

C. Et nauigantibus illis obdormiuit.

A. Et ecce motus factus eſt in mari.

B. Et facta eſt procella magna venti.

C. Et deſcendit procella magna venti in ſtagnum.

B. Et fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.

C. Et complebantur & periclitabantur.

A. Ita vt nauicula operiretur fluctibus.

B. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens.

A. Ipſe verò dormiebat.

A. Et acceſſerunt ad eum

C Accedentes autẽ ſuſcitauerunt

diſci-

eum dicentes.
B. Et excitāt eum dicentes.
C. Præceptor perimus.

diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes.
B. Illi, Magiſter, non ad te pertinet quia perimus?

A. Domine ſalua nos perimus. Et dicit illis Ieſus. quid timidi eſtis modicæ fidei?

A. Tunc ſurgens imperauit ventis & mari.
B. Et exurgens cōminatus eſt vēto.
A. Et facta eſt trāquillitas magna.
C. Et ceſſauit ventus & facta eſt trāquillitas, dixit autem illis.

C. At ille ſurgens increpauit ventum & tempeſtatem aquæ.
B. Et dixit mari, tace & obmuteſce, & ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis, [1] quid timidi eſtis, necdū habetis fidē.
C. Vbi eſt fides veſtra?

C. Qui timentes mirati ſunt dicētes. quiſputas hic eſt, quia.
A. Dicentes qualis eſt hic, quia vēti & mare obediunt ei.
B. Et vētus & mare obœdiunt ei.

A. Porrò homines mirati ſunt.
B. Et timuerunt timore magno & dicebant ad alterutrū, quiſputas eſt iſte, quia.
C. Et ventis & mari imperat, & obœdiunt ei.

1. *Veriſimile eſt Dominum excitatum, ſtatim dixiſſe, quid timidi eſtis modicæ fidei: vt habet Matt. & ſedata tempeſtate, cùm vix eſſent apud ſe, quæ habent Mar. & Luc. & timor hic & admiratio tanta.*

tanta. argumentum ſunt, quod hæc in initio prædicationis contigerint: nam poſt parabolas videtur diſcipuli magis aſſuefacti fuiſſe ad miracula, quam vt adeò timerent & mirarentur.

SANATVS A LEGIONE.

Omnes iſtud narrant & hoc loco, & vt quod contigerit egreſſo Domino è naui ex ſuperiore nauigatione, itaque etiam ſi non eſſet tanta ſimilitudo narrationis quæ conuinceret idem ab omnibus narrari, non eſſet tamen dubium quin idem narrarent omnes & hoc loco eſſet conſtituendum. Quod autem Matt. habet, Gergeſenorum. Mar. autem & Luc. Gadarenorum nihil obſtat, eadem enim eſt regio vtroque nomine appellata, vel à duabus ciuitatibus inſignibus, vt vult Ioſephus, vel ab eadem vtroque modo dicta, vt alij malunt. Noſter autem interpres vbique retinuit Geraſænorum, quod ſuo tem ore hoc nomen eſſet vſitatius. Et Hiero. in Abdiam dicit: eam partem Arabiæ, quæ prius Galaad dicebatur, dictam ſuo tempore Geraſam. Nec obſtat etiam quod Matt. duorum, Marc. & Luc. vnius tantum faciant mentionem. hic enim erat valde ſæuus, et eius curatio latiſſimè eſt ſparſa, imò ipſemet prædicauit, ideo Mar. & Luc. eius ſolius fecerunt mentionem.

CAP.

CAP. XXXII.

A. 8. Et cùm ueniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſænorum occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per uiam illã.
B. Et exeunti ei de naui
C. Occurrit.

C. 8. Et nauigauerũt ad regionem Geraſænorum, quæ eſt contra Galilæam.

¶ B. 5. Et venerũt trans fretum maris in regionem Geraſænornm.

C. Et cùm de naui egreſſus eſſet ad terram.

B. Statim occurrit de monumentis.

C. Illi vir quidã, qui habebat dæmonium, iam temporibus multis, & veſtimento nõ induebatur, neq; in domo manebat.

B. Homo in ſpiritu immundo.
C. Sed in monumentis.

B. Qui domicilium habebat in monumentis, & neq; catenis iam quiſquam eum poterat ligare, quoniam ſæpe catenis & compedibus vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes diminuiſſet. Et nemo poterat eum domare, & ſemper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans & concidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longe cucurrit, & adorauit eũ, & clamans voce magna, dixit:

C. Is vt vidit Ieſum procidit ante illum & clamans voce magna dixit: quid

dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſsimi: adiuro te per Deũ, ne me torqueas.

mihi & tibi Ieſu fili dei altiſſimi, obſecro te ne me torqueas.

C. Præcipiebat enim ſpiritui immundo, vt exiret ab homine.

A. Et exclamauerunt dicentes: qd nobis & tibi Ieſu fili Dei, veniſti huc ante tempus torquere nos.

B. dicebat enim illi, exi ſpiritus immũde ab homine iſto.

C. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerto. Interrogauit autem illum Ieſus dicens:

B. Et interrogabat eum.

B. Quod tibi nomen eſt? & dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.

C. Quod tibi nomen eſt? Et ille dixit legio.

C. Quia intrauerunt multa dæmonia in eum.

C. Et rogauerunt illum.

B. Et deprecabatur eũ multum, ne ſe expelleret extra regionem.

A. Erat autem nõ lõge ab illis grex multorum porcorum paſcens, dæmones autem rogabant eum.

C. Ne imperaret illis vt in abiſſum irent.

C. Erat autem ibi grex multorũ porcorum paſcentiũ in monte, & rogabant eum.

B. Erat autem ibi circa mõtem grex porcorũ magnus, paſcens in agris, & depreca-

B. dicentes, mitte nos in porcos.

bantur eum ſpiritus.

C. vt permitteret eis, in illos ingredi.

C. Et pmiſit illis.

A. dicentes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

A. Et ait illis, ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per pceps in mare, & mortui ſunt in aquis.

B. vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus.

C. Exierunt ergo dæmonia ab homine.

C. Et intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per preceps in ſtagnũ, & ſuffocatus eſt: Quod vt viderunt factum qui paſcebant, fugerunt, & nunciauerunt ĩ ciuitatẽ & in villas. Exierunt autẽ videre quod factum eſt. Et venerunt ad Ieſum. & inuenerunt hominem ſedentem, à quo dæmoniũ exierat, veſtitũ ac ſana mẽte.

B. Et exeuntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo milia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factum. Et venerunt ad Ieſum. Et vident illum qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum & ſanæ mentis.

B. Et timuerunt.

C. ad pedes eius, & timuerunt.

B. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat.

C. Quomodo ſanus factus fuiſſet à legione.

B. Et de porcis.

A. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu, & viſo eo rogabant eum.

C. Nunciauerunt auté illis & qui viderant.

A. Paſtores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt hæc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerãt

B. Et rogare cœperunt eum.

C. Et rogauerunt eum.

C. Omnis multitudo regionis Geraſenorum.

A. Vt tranſiret à finibus eorum.

B. Vt diſcederet de finibus eorú.

B. Vt diſcederet ab eis.

C. Quia magno timore tenebantur. ipſe autem aſcendens nauim reuerſus eſt.

B. Cumque aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum eo, & non admiſit eum.

C. Et rogauit eũ vir à quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet.

C. Dimiſit autem eũ Ieſus dicẽs. Redi in domũ tuam.

B. Ad tuos, & anuncia illis quãta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abijt,

B. Sed ait illi, uade ĩ domum tuã.

C. Et narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per uniuerſam ciuitaté prædicans quãta illi feciſſet Ieſus.

& cœpit

& cœpit prædicare in Decapoli, quãta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur.

PARALYTICVS.

Nec dubitari poteſt quin hic ſit ſequenda narratio Matth. bicq; conſtituenda hiſtoria paralytici, quatuor enim ſequentia (Hæc inquã hiſtoria, Mathæi vocatio, Diſputatio de ieiunio & acceſſus Iairi) ita cohærent apud Matth. vt alio loco aut ordine poni non poſsint. Mar. autem & Luc. ideo tranſfretationi ſuperiori proxime ſubijciunt aduentum Iairi. quaſi acceſſiſſet appellente domino, quia paulò poſt ad idem littus aceſſerat. Ea autem quæ in medio geſta ſunt, prius eodem ordine narrauerũt. Mar. enim occaſione littoris, recordatus Iairi & Æmorrhoiſſæ, hæc ſubiecit, quaſi eodem die quo appulerat dominus, ad littus accesſiſſet, nam ut diximus paulo poſt ad illud littus venit Iairus. ibique Dominum inuenit. ideò dicit, & erat circa mare: ſignificans dominum ab Iairo inuentum circa mare. Nihil itaq; mirandum ſi hoc loco. in contextu Mar. & Luc. hiatus aliquis appareat.

CAP. XXXIII.

¶ A. 9. Et aſcendens Ieſus in nauiculam transfretauit.

B. 5. Et cũ tranſcẽdiſſet Ieſus in naui rur-

F ſum

ſum trans fretum. cõuenit turba multa ad eum, Et erat circa mare. (*Et venit cap* 35.

C. 8. Factum eſt autẽ cum rediſſet Ieſus, excepit eum turba, erant autem omnes expectantes eum. (*& ecce cap* 35.

¶ B. 2. Et iterum intrauit.

A. Et venit in ciuitatem ſuam.

B. Capharnaum poſt dies, & auditum eſt quod in domo eſſet, & confeſtim conuenerũt multi ita vt non caperent, neque ad ianuam. Et loquebatur eis verbum,

C. 5. Et factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat docens, & erant Phariſæi ſedẽtes & legis doctores, qui venerant, ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Hieruſalem. Et virtus domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portãtes in lecto, hominem qui erat paralyticus.

B. Et venerũt ad eum ferẽtes paralyticum.

A. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.

B. Qui à quatuor portabatur.

C. Et quærebant eum inferre & ponere ante eũ. Et non inuenientes qua parte illũ inferrẽt præ turba aſcenderũt ſupra tectũ, &

B. Et cùm nõ poſſent eum offerre illi præ turba.

B. Nudauerunt tectum vbi erat, & patefacien-

B. ſubmiſerunt grabbatum in quo paralyticus iacebat. Cũ autem vidiſſet Ieſus fidem illorũ, ait paralytico Fili dimittũt tibi peccata tua.
C. Quorum fidẽ vt vidit, dixit Homo remittũt tibi peccata: & cęperũt cogitare ſcribę & phariſæi dicentes.
A. Et ecce quidã de ſcribis dixerunt intra ſe, hic blaſphemat. Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorũ dixit.
B. Quis põt dimittere peccata niſi ſolus Deus
A. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris, quid eſt facilius dicere, dimittũtur tibi peccata tua? an dicere ſurge & ambula.
C. Vt cognouit autẽ Ieſus cogitationes eorũ reſpondens dixit ad illos; quid cogitatis in cordibus veſtris? quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua?

cientes.
C. Per tegulas ſubmiſerunt eum cũ lecto in medium ante Ieſum.
A Et videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
B. Erant autem illic quidam de ſcribis ſedentes & cógitantes in cordibus ſuis. Quid hic ſic loquitur, blaſphemat.
C. Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias, quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?
B. Quo ſtatim cognito Ieſus, Spiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dixit illis: Quid iſta cogitatis i cordibus veſtris? Quid eſt facilius? dicere, paralytico dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſurge & ambula? Vt autẽ ſciatis

quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. Ait paralytico. Tibi dico: ſurge, tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabbato abijt inde coram omnibus.

an dicere, ſurge, & ambula? Vt autem ſciatis, quia fili⁹ hominis habet poteſtatem ĩ terra dimittendi peccata, ait paralytico; tibi dico. Surge, tolle lectũ tuum, & uade in domum tuam, & confeſtim cõſurgens coram omnibus, tulit lectum in quo iacebat & abiit.

C. In domum ſuam, magnificans Deum. Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum.

A. Vt auté ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: Tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam, & ſurrexit & abiit in domum ſuam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum.

A. Qui dedit poteſtatem talem hominibus.

C. Et repleti ſunt timore dicentes, quia vidimus mirabilia hodie.

B. Ita vt mirarentur oẽs, & honorificarent Deum dicentes quia

B. Nunquam ſic vidimus.

1. *Illud & erat circa mare, aliquo modo pertinet ad hiſtoriam Iairi vt diximus in titulo; ſed & nunc conuenit turba. ad mare. & exceptus ab ea fuit, vt dicit Luc. ſed tùm hinc iniſſet Capharnaũ, & paulò poſt huc rediÿſſet; tumq; veniſſet Iairus. Mar. quem imitatus eſt. Luc. iſta coniunxit, quia intermedia ante eodem ordine narrauerat, vt diximus in titulo. & hæc eſt cauſa interruptionis & hiatus iſto loco in narratione. Mar. & Luc.*
2. *Iterum & poſt dies ſatis ſignificant, hæc contigiſſe ſecundo ingreſſu, poſt ſcilicet illam circuitionem.*

MATTHAEI VOCATIO. DISCEPTATIO DE IEIVNIO.

Non poteſt eſſe dubium de huius ordine, omnes enim hic narrant ſatis ſignificando quod contigerit egrediente Domino ad mare, poſt paralyticum ſanatum, multoq; minus poteſt eſſe quæſtio de diſputatione de ieiunio, ortam enim ſignificãt ex eo quod Dominus diſcumberet in domo Matthæi, & Luc. facit illos eoſdem phariſæos murmurantes interrogare. quia videlicet inſtigarunt diſcipulos Ioannis, quibus ſe iunxerunt diſcipuli phariſæorum, immò & ipſi phariſæi. Ideò ergo Matt. interrogãtes facit diſcipulos Ioannis. quia hi præcipuè interrogarunt. Luc. phariſæos, qui inſtigarunt. Mar. diſcipulos Ioannis & phariſæorum nullaque diſſonantia eſt.

CAP. XXXIIII.

B.2. Et egreſſus eſt rurſus ad mare, omniſq; turba veniebat ad eum.
A.9. Et cùm tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſeden tem in telonio Mat hæũ no mine, & ait ill :ſequere me.
C. Et relictis omnibus ſurgẽs ſequutus eſt eũ, & fecit ei cõuiuium magnum Leui in domo ſua, & erat turba multa Publicanorũ,& aliorum qui cum illis erant diſcumbentes.
A.[1] Et factum eſt diſcumbẽte eo in domo, multi Publicani & peccatores, venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.
B. Erant enim multi qui & ſequebantur eum.
C. Et murmurabant phariſæi & ſcribæ eorum.
B. Et ſcribæ & phariſæi videntes,

C 5. Et poſt hæc exijt & vidit Publicanum noie Leui, ſedentẽ ad telonium, & ait illi: ſequere me.
B Et cùm praterirent vidit Leui alphei ſedẽtem ad telonium, & ait illi: ſequere me.
Et ſurgẽs ſecutus eſt eum
A. Et ſurgens ſequutus eſt eum.
B Et factum eſt cùm accumberet in domo illius multi publicani & peccatores ſimul diſcũbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.

A. Et vidẽtes phariſæi dicebant diſcipulis eius qua re cũ publicanis & pec-

& peccatoribus manducat magiſter veſter?

C. Dicentes ad diſcipulos eius

A At Ieſus audiens ait, nō eſt opus valētibus medico, ſed malè habentibus.

B Hoc audito Ieſus, ait illis, non neceſſe habent, ſani medico. ſed qui malè habent, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

C non veni vocare iuſtos ſed peccatores.

dentes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus, manducat & bibit Magiſter veſter?

C. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis. Et hoc audito, reſpondens Ieſus dixit ad illos, non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui malè habent.

A. Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

C. ad pœnitentiam.

B. Et erant diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunantes.

C. At[a] illi dixerunt ad eum, quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & phariſæorum, tui autem edunt & bibunt.

A. Tunc acceſſerunt ad eũ diſcipuli Ioannis dicentes, quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant.

C. Quibus ipſe ait, nunquid poteſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare.

B. Quantò tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

A. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quãdiu cum illis eſt ſponſus?

C. Venient autem dies, & cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos. Quia nemo commiſſuram à veſtimento nouo; immittit in veſtimentum vetus, alioquin & nouũ rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo.

A. Tol-

B. Et veniunt & dicunt illi quare diſcipuli Ioannis, & phariſæorum ieiunãt; tui autem diſcipuli non ieiunant? Et ait illis · Nunquid poſſunt filii nuptiarum quamdiu ſponſus cum illis eſt ieiunare?

A. Et ait illis Ieſus.

B. Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus, nemo aſſumentum panni rudis, aſſuit veſtimento veteri, alioqui aufert ſupplementum nouum à veteri, & maior sciſſura fit.

A. Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commiſſurã panni rudis in ueſtimentum vetus.

B: Nemo mittit uinū nouum in vtres veteres alioqui dirūpit vinū vtres, & vinū effunditur, & vtres pereūt, ſed vinum nouū in vtres nouos mitti debet (3 & factū. c.39.

A. Neque mittūt uinum nouum in utres veteres: alioqui rūpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt, ſed vinū nouū in vtres nouos mittūt & ambo conſeruantur.

A. Tollit enim plenitudinē eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.

C. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpet vinum nouum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mittēdum eſt. & vtraq; conſeruantur. Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum, dicit enim vetus melius eſt. *(Factum eſt autem. c.38.*

1. *Luc. Videtur ſignificare in initio ſimul accubuiſſe cum domino publicanos et peccatores. Matt. quod eo accumbente, indifferenter plurimi ſe iunxerūt.*

2. *Luc. Loquitur de Phariſæis, quia ipſi inſtigarunt idq; apud ſe cogitabant, forte & ipſimet etiā interrogarunt: & eis præcipuè reſpondet Dominus. ideò reſponſionem ex Luc. poſuimus in textu. notandum autem. Videri hic (vt & alibi nonnūquā) quædam bis poni in textu, ſi tamen lector diligenter animaduertat, nihil īueniet ſuperfluè repetitū. Nec eſt quodquiſquam offendatur, quod incommodior & aſperior & hic & alibi quandoque ſit iunctio.*

iunctio. aliter enim plena omnium Euangeliſtarū ſententia reddi non potuit.

§ *Mar. Quem Luc. eſt ſecutus, occaſione huius calumniæ ſubiecit, aliam de confricatione, quæ non poteſt hic contigiſſe, quia paulò poſt Paſcha contigit, quo tempore dominus erat in Iudæa, vel ex ea reuertebatur.*

IAIRVS. ÆMORRHOISSA.

Matt. Dicens hæc illo loquente veniſſe Iairum, omnino ſignificat. Hoc loco eius hiſtoriam collocādam, nec diſſentit à Mar. & Luc. Hi enim tantum ſignificant poſt illum reditum à Geraſanis veniſſe Iairum; & quid mirum ſi quaſi eodem die venerit narrarint, cùm pauciſſima quæ ante narrauerant, & pauciſſimi dies interceſſerint, veriſimillimū q́; ſit q Mar. cū omiſſa repetendo ad hoc littus perueniſſet, eius occaſione Iairi recordatum. Et ob propinquitatem rerum & temporum: ſic quaſi ſimul contigiſſet ſubieciſſe. Itaque Mar. & Luc. adeò non diſſentiūt a Matt. vt hunc ordinem omnino confirment, docendo ſcilicet poſt hiſtoriam Geraſenorum veniſſe ad hoc mare Iairum.

CAP. XXXV.

A. 9. Hæc illo loquente ad eos.

C. 8. Et ecce venit vir cui nomen

B 5. Et venit quidam de archiſynagogis nomine Iairus, & vidēs eum

procidit ad pedes eius.
A Ecce princeps vnus acceſsit, & adorabat eum dicés Domine filia mea ĩ modo defũcta eſt, ſed veni ĩpone manum tuã ſuper eã & viuet.
Et ſurgés Ieſus ſequebatur eum & diſcipuli eius.
C. Et contigit dũ iret à turbis comprimebat. Et mulier quædam erat ĩ fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quę in medicos erogauerat omnem ſubſtantiã ſuam, nec ab vllo potuit curari.
A. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, acceſsit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat enim intra ſe. ſi tetigero tantum ueſtimẽtum eius ſalua ero.
C. Et acceſsit retro & tetigit fimbriam

nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eũ vt intraret in domum eius. Quia vnica filia erat ei, ferè annorũ duodecim & hæc moriebatur.

B. Et deprecabatur eũ multũ dicens, quoniã filia mea in extremis eſt, veni, impone manum tuam ſuper eã, vt ſalua ſit, & viuat. & abijt cum illo, & ſequebatur eũ turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis, annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat. Cumq́ue audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimẽtum eius. Dicebat enim, quia ſi vel veſtimentum eius tetigero,

gero, ſalua ero. Et confe-
ſtim ſiccatus eſt fons ſãgui
nis eius: & ſenſit corpore
quia ſana eſſet à plaga. Et
ſtatim Ieſus in ſemetipſo co
gnoſcens, virtutẽ quæ exi-
erat de illo, conuerſus ad turbam aiebat
quis tetigit veſtimenta mea?

C. Et acceſſit retro & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus, quis eſt qui me tetigit

C. Negantibus autem om-
nibus dixit Petrus & qui cũ
illo erant, Præceptor turbæ
te comprimunt & affligunt,
& dicis quis me tetigit? Et dixit Ieſus. Te-
tigit me aliquis: nam & ego cognoui vir-
tutem de me exiſſe.

B. Et dicebant ei diſcipuli ſui, vidẽs turbã comprimẽtẽ te, & dicis quis me tetigit.

B. Et circumſpiciebat vide-
re eã quæ hoc fecerat.

A. At Ieſus conuerſus.

C. Videns autem mulier
quod non latuit.

B. Mulier verò.

B. Timẽs & tremẽs, ſciẽs ꝙ
factũ eſſet in ſe: venit & pro
cidit ante eum, & dixit ei omnẽ veritatẽ.
C. Et ob quam cauſam tetigerit eũ, indica
uit coram omni populo, & quemadmodũ
cõfeſtim ſanata ſit. At ipſe
A. Videns eam dixit, con-

C. Tremẽs venit, & procidit ante pedes eius.

B. Ille autem dixit ei. Filia fides tua te ſaluã fecit

fide

ſide filia, fides tua te ſaluam fecit.

B. Vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.

A. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.

B. Adhuc eo loquente veniunt nuncij ab Archiſynagogo dicentes. Quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum?

C. Noli vexare illum.

B. Ieſus autem audito verbo quod dicebatur, ait Archiſynagogo. Noli timere, tantummodo crede.

C. Et ſalua erit.

B. Et nō admiſit quēquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioānem fratrem Iacobi, & veniunt in domū Archiſynagogi.

Et vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingreſſus ait illis. Quid turbamini, & ploratis, puella non eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eum.

C. Scien-

C. Dixit ei filia fides tua te ſaluam fecit. Vade ī pace. Adhuc illo loquēte venit quidā à prīcipe ſynagogę dicēs ei. quia mortua eſt filia tua.

C. Ieſus autem audito hoc verbo, ait patri puellæ, noli timere crede tantum.

C. Et cùm veniſſet domum, non permiſit ſecum intrare quemquam niſi Petrum & Iacobū & Ioannem, & patrē & matrē puellæ, flebant autem omnes & plangebant illam at ille dixit, nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit, & deridebant eum.

A. Et cum veniſſet, Ieſus in domū principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuan-

C. Scientes quia mortua eſſet.

B. Ipſe verò eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacẽs. Et tenens manum puellæ, ait: Talita cumi, quod eſt interpretatũ. puella tibi dico ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorũ duodecim. Et obſtupuerũt ſtupore magno, & pręcepit illis vehemẽter, vt nemo id ſciret, & iuſſit dari illi manducare. (2 *Et egreſſus inde. cap. 54.*

tẽ, dicit illis recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit, & deridebant eum. Et cùm eiecta eſt turba intrauit & tenuit manũ puellę, & dixit, puella ſurge. Et ſurrexit puella.

C. Ipſe autem tenẽs manum eius, clamauit dicens. Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit cõtinuò, & iuſſit illi dari mãducare. Et ſtupuerunt parẽtes eius, quibus præcepit ne alicui dicerẽt, quòd factũ erat. (2 Conuocatis autem c 55.

1. *Veriſimile eſt Iairum vtrumque dixiſſe, ſic, filia mea in extremis eſt, vel etiam modò defuncta eſt, aut certè Matt breuitati ſtudens, vltimam tantùm petitionem poſuit nunciata morte filię, quam ſi non verbis, ſaltem re & fide fecit, dum credens ſequeretur, non obſtante infidelitate nunciorum.*

2. *Vide titu. cap. 37.*

DVO-

DVO CAECI. VNVS DAEMONIACVS.

Matt. Satis ſignificat iſtud contigiſſe Capharnai, eūte ſcilicet Domino ab Iatro, in domum in qua ſe communiter recipiebat, ideò non dubitandum de ordine.

CAP. XXXVI.

A. 9. Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid. Cùm autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dixit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei. Vtiq; Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicẽs: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſsis autem illis, ecce obtulerũt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ dicentes: Nunquã ſic apparuit in Iſrael. Phariſæi autẽ dicebant. In principe dæmoniorũ

eiicit

eijcit dæmones. (1 *Et circuibat. ca. 55. 1. Vide titu. cap. ſequentis.*

BETHESDA.

Si trium Euangeliſtarum hic tantùm locus ſpectaretur, omnino videretur hic ſubijcienda hiſtoria Nazareth, deinde miſſio. Dicit enim Mar. Et egreſſus inde iuit in patriam ſuam, cui ſtatim ſubijcit miſsionem, & ſimiliter Luc. ante enim narrauit de Nazareth. Item Matth. huic ſtatim ſubijcit miſsionem. Videnturque hic tres Euangeliſtæ de miſsione concordare, ſed minimè concordant. Concordant autem de Nazareth, vt ſuo loco videbitur. Vbi ſimul intelligetur, illud Mar. & egreſſus inde iuit in patriam ſuam, non intelligendum de egreſſu ſuſcitata filia Iairi, ſed de egreſſu dictis parabolis. ſignificat enim dominum dictis parabolis rediſſe Capharnaum, ac tum ſtatim inde iuiſſe in patriam ſuam. Matt. autem hic anticipauit miſsionem ob cauſas dictas in periocha. Hic ergo neceſſariò interrumpenda eſt trium Euangeliſtarum narratio, non quin Mar. ſuo loco ſubijciat Nazareth & miſsionem, vt & Luc. niſi quod præmiſerit hiſtoriam Nazareth, ſed quia hæc de Geraſenis & Iairo, non ſuo loco vt vidimus poſuerūt: Matt. autem cum illis Nazareth ſuo loco collocauit. quia ergo conſtat ex omnibus, antequàm iret dominus Nazareth dictas parabolas, & ante parabolas præceſsiſſe electionem Apoſtolorum, & ſermonem

ſermonem in monte cum quibuſdam alijs, & ante electionem, ſanationem manus aridæ, & confricationem ſpicarum, ante hanc autem iſtud caput Io. conſtat iſtud cap. iſto loco collocandum, & de ſingulis quidem ſuis locis apparebit. Hic tantum notandum Io. loqui de ſecundo Paſchate, vt Ireneus, & Rupertus intelligunt. Nam ex Cap. 23. concor. conſtat non plus fuiſſe quàm quatuor menſes vſque ad proximum Paſcha: itaque tranſierant omnia feſta primi anni, antequam dominus relinqueret Iudęam, quibus quatuor menſibus facta ſunt quæ hactenus narrata ſunt a Marc. Matt. & Luc. vt nunc vnius anni, & aliquot menſium geſta ſint narrata.

CAP. XXXVII.

¶. D. 5. Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum. Et aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Eſt autem Hieroſolymis, in Probatica, Piſcina, quæ cognominatur Hæbraicè Betheſda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cœcorum, claudorum, aridorum, expectantiũ aquæ motum. Angelus autem domini deſcẽdebat ſecundum tempus in Piſcinam, & mouebatur aqua, & qui primus deſcendiſſet in Piſcinam, poſt motionem aquæ,

ſanus fiebat,à quacunq; detinebatur infirmitate.Erat autem quidã homo ibi,triginta & octo annos habẽs, in infirmitatẽ ſua. Hunc cùm vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia multum tempus haberet, dicit ei: vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus:Domine hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in Piſcinam.Dũ venio enim ego,alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus:Surge,tolle grabbatum tuum & ambula.Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille,& ſuſtulit grabbatũ ſuũ & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illa. Dicebant ergò Iudæi,illi qui ſanatus fuerat, ſabbatum eſt,non licet tibi tollere grabbatum tuum. Reſpondit ille,qui me ſanum fecit,ille mihi dixit. Tolle grabbatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergò eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi,tolle grabbatum tuum ambula? s autem qui ſanus effectus fuerat, neſciebat quis eſſet.[1] Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es,iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Abijt ille homo, & nun-

nunciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum. Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato. Ieſus autem reſpondit eis. Pater meus vſq; modò operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere. Quia non ſolùm ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deũ, æqualem ſe faciens Deo. Reſpondit itaq; Ieſus, & dixit eis: Amen amẽ dico vobis. Non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem: quæcũque enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demõſtrat ei, quæ ipſe facit: & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius, quos vult viuificat, Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrẽ. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tran-

ſijt à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora,& nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint viuent, ſicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo,& poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei,& procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ. qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verũ eſt teſtimoniũ eius quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis, ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluiſtis ad ho-

ram

ram exultare in luce eius. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiã ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimoniũ perhibent de me, quia pater miſit me. Et qui miſit me pater, ipſe teſtimoniũ perhibuit de me. Neq; vocem eius vnquã audiſtis, neq; ſpeciem eius vidiſtis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos nõ creditis. ſcrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitã æternã habere. & illæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me, & non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, ſed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. ſi alius venerit in noĩe ſuo, illũ accipietis. Quomodo poteſtis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis? & gloriã quæ à ſolo Deo eſt, nõ queritis? nolite putare, quia ego accuſaturus vos sũ apud patrem. Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis: ſi enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit, ſi autẽ illius literis nõ creditis,

quomodo verbis meis credetis? (*Poſt hæc abijt. cap. 57.*

1 Satis apparet ex hac hiſtoria quàm dominus in Iudæa concurſum non habuerit, & quàm latuerit, vt vnus quiuis a plebe.

Confricatio Spicarum.

Confricationem non contigiſſe ante Paſcha, (etiam ſi id ex ſe non ſatis eſſet certũ) inde conſtaret, quod Phariſæi ſolum calumnientur id fieri in ſabbato. cùm ante oblatas primitias (quod fiebat altera Paſchæ) non liceret ſegetes contingere. Certum etiam eſt, non diu poſt Paſcha contigiſſe. Segetes enim paulò poſt Paſcha, vel etiam in Paſchate maturæ erant. vt conſtat ex cap. 5. Ioſue, licet ergò nullus hoc loco narret: eſt tamen hic collocandum, nec apparet vbi alioqui commodè poni poſſit. Nec mirũ ita hic interrumpi narrationẽ trium euangeliſtarum, quia enim non narrant, niſi quæ dominus geſſit in Galilæa, quam diu in ea egit, nec quicquam eorum (niſi forte pauciſſima vt forte iſtud) immiſcent quæ facta ſunt in Iudæa antequam vltimo relinqueret Galilæam. Hic re ipſa Hiſtoria interrupta, ſic narrarunt, vt non niſi maxima diligentia & animaduerſione poſſit notari, quid ante, quid poſt hoc aut illud Paſcha ſit in Galilæa geſtum.

CAP.

CAP. XXXVIII.

B. 2. Et factum eſt
2 iterum cū ſabba
tis ambularet per
ſata, & diſcipuli
eius cœperunt ꝓ
gredi, & vellere
ſpicas.

A. Diſcipuli autē
eius eſurientes, cę
perūt vellere ſpi-
cas, & mādućare.
B Phariſæi autē
dicebant ei, ecce
quid faciunt diſci
puli tui ſabbatis,
quod nō licet, &
ait illis.

A. At ille dixit eis
nō legiſtis quid fe
cerit Dauid, quan
do eſurijt, & qui
cum eo erāt, quo-
modo intrauit in
domum Dei, & pa
nes propoſitionis
comedit, quos nō
licebat ei edere,
neq· his qui cum
eo erant, niſi ſolis
ſacerdotibus.
C. Nec legiſtis ꝙ

¶ A. 12. In illo tempore a-
bijt Ieſus per ſata ſabbato.
¶ C. 6. Factum eſt autem in
2 ſabbato ſecundo primo,
cùm tranſiret per ſata, velle-
bant Diſcipuli eius ſpicas &
manducabant, confricantes
manibus. Quidam autem
Phariſæorum dicebant illis,
quid facitis quod non licet
in ſabbatis.
A. Phariſæi autem videntes
dixerunt ei, ecce diſcipuli
tui faciunt, quod non licet
eis facere ſabbatis.
C. Et reſpondens Ieſus ad
eos dixit.
B. Nūquam legiſtis quid fe
cerit Dauid, quando neceſſi
tatem habuit, & eſurijt ipſe
& qui cum eo erāt? quomo
do intrauit in domum Dei
ſub Abiathar ſacerdote, &
panes propoſitionis mandu

ſecit Dauid cùm eſurijt ipſe, & qui cum eo erant, quo modo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & mãducauit, & dedit his qui cum ipſo erãt: quos non licebat mãducare, niſi tantum ſacerdotibus. Et dicebat illis quia dominus eſt filius hominis, etiã ſabbatis.

A. Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati.

cauit, quos nõ licebat manducare, niſi ſolis ſacerdotibus, & dedit ei, & qui cum eo erant.

A. Aut nõ legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt. Dico autem vobis, quia tẽplo maior eſt hic, ſi autem ſciretis quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, nũquam condemnaſſetis innocentes.

B. Et dicebat eis ſabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Itaque dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.

1 *Iterum non legitur à Gręcis, & ſi legatur, ſignificat alias, ſeu aliã calumniam, vt ſignificat Luc.*

2 *Veriſimillimum eſt ſignificari diem concludentem ſolemnitates, quę pluribus diebus agebantur, vt erat ſeptimus Azimorum, & octauus ſcænophogię, & quia hac die non ſunt ſegetes in agris certum eſſet iſtud contigiſſe ſeptimo Azimorum, nõ enim ſic ſunt plura ſabbata ſecundo prima. Chry.*

tamen

tamen intelligit diem qua eſt ocium duplex. & ſic non conſtaret, quando iſtud contigiſſet, propter nouilunia: tamen certum eſt contigiſſet circa Paſcha.

MANVS ARIDA: SECESSVS.

Matt. Iſtud narrat cum quadam cohærenti a ſignificatione, & quia omnes iſtud proxime ſuperiori ſubijciunt, nec eſt quicquam quod veriſimiliter poſſit anteponi. Hic omnino eſt collocandum.

CAP. XXXIX.

A. 12. Et cum tranſiſſet inde, venit in ſynagogam eorum.

¶. B. 3. Et introiuit iterum in ſynagogam, & erat ibi homo habẽs manum aridã, & obſeruabãt, eum ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum.
A. Et ecce homo habeñs, manum aridam.

C. 6. Factum eſt autẽ & in alio ſabbato, vt intraret in ſynagogam eorum, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obſeruabant autem eũ ſcribæ & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent vnde accuſarent eum.

A. 2. Et interrogabant eum dicentes, ſi licet ſabbatis curare, vt accuſarent eum.

B. Et ait homini habenti manũ a-

C. Ipſe

C. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridã. Surge, & ſta in medium, & ſurgens, ſtetit: ait autem ad illos Ieſus. Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere, an male, animam ſaluam facere, an perdere?

ridam, ſurge in mediũ, & dicit eis: Licet ſabbatis benefacere an male animam ſaluã facere, an perdere.

B. At illi tacebant.

A. Ipſe autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo, qui habet ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eã: quanto magis melior eſt homo oue. Itaque licet ſabbatis bene facere.

B. Et circunſpiciens eos cũ ira, contriſtatus ſuper cœcitate cordis eorum, dicit homini, extende manum tuã, & extendit, & reſtituta eſt manus illi.

C. Et circumſpectis omnibus, dixit homini: extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt manus eius.

C. Ipſi autẽ repleti ſunt inſipientia. & colloquebantur adinuicem quidnam facerent Ieſu.

A. Tũc ait homini, extende manũ tuam, & extẽdit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Exeuntes autẽ Phariſęi, conſiliũ

B. Exeuntes autem Phari-

ſæi,

faciebát aduerſus eú quomodo per derét eum. Ieſus auté ſciens ſeciſſit inde, & ſequuti ſunt eú multi.

ſæi, ſtatim cum Herodianis, conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eũ perderent. Ieſus autem ſciens, cum diſcipulis ſuis ſeceſsit ad mare, & multa turba, 3 à Galilæa & Iudæa ſequuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt nauicula ſibi deſeruiret, propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt eum tangerent, quotquot habebant plagas.

A. Et curauit eos omnes, & præcepit eis ne manifeſtum eum facerent.

B. Et ſpiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes. Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum.

A. 4 Vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus

tibus nunciabit, non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium & in nomine eius gentes ſperarabunt. *(5 Tunc obla. cap.* 49.

1. *Iterum apud Mar. non ſignificat ſecundum introitum in ſynagogam, ſed alias, ſeu aliam calumniam & reprehenſionem. Matt. enim tres continuo narrauit, quem eſt ſequtus. Mar.*

2. *Veriſimile eſt Matt. dicere eos interrogaſſe, quia obſeruabant, & ı d mente voluebant. Aut & ipſi primi interrogauerunt, an liceret curare. Et Dominus vbi iuſsiſſet hominem ſtare in medio, vt eis reſponderet, interrogauit. An liceret ſabbatis benefacere, & propoſita ſimilitudine cùm conuinceretur, & tamen manerent in malitia, docens nobis contemnendam talem malitiam, nihilominus curauit.*

3. *Vide anno* 31. *cap.* 29. *& titulum cap. ſequentis.*

4. *Vide titulum cap. ſequentis.*

5. *Matt. Subijcit muti & cæci curationem, nō quod in hoc receſſu contigerit. Contigit enim in domo coram phariſæis. Vide titulum cap.* 49. *ſed multis anticipatis, cum cæpiſſet narrare nonnulla eorum quę in reditu & poſt reditum e Iudæa contigiſſent ab hoc inſigni miraculo, redit ad cōtinuandum narrationem eorum quæ poſt reditum contige-*

tigerunt,& nota aduerbium tunc nō ſemper perti nere ad tempus rei proximè ante narratæ, vt nec in illo tempore.

Electio dvodecim apost. sermo qvi dicitvr in monte. beatitvdines. vae.

Electionem & ſermonem factum in ſupra deſcripto ſeceſſu, conſtat non tantum quia Matt. & Luc. hic narrant, & quod illud apud Marc. in illis diebus omnino pertineat, ad tempus turbæ tum congregatæ (quoniam enim Mar. non ſignificauerat, quo tempore Dominus aſcendiſſet in montem, id Luc. explicuit, quod videlicet illis ipſis diebus). ſed & multo magis ex identitate turbæ. Ea enim turba coram qua Luc. dicit habitum ſermonem, ipſa eadēeſt quæ deſcribitur à Mar. in ſeceſſu, & vterq; dicit, quod quæreret tangere Dominum, immò & hanc ipſam turbam ſignifiat Matt. in fine cap. 29. quod tamen in fine illius cap. eſt relictum, ob cauſam ibi explicatam. Imò quia conſtat. Matt. certo conſilio ante omnem miraculorum narrationem, præpoſuiſſe ſermonē. Si quæramus ex eo, quo maximè loco, cūordinatione & electione Apoſtolorū collocandus videatur: nullus inuenietur conuenientior, quàm in hoc ſeceſſu, vbi ſingularem commemorat mititatē Domini, & turbæ & ac honorum fugam, allata etiam ſcriptura Eſa. qua Dñs dicitur iudiciū gētibus nūciaturus. Quaſi hoc ipſo loco ſignificet, Dñm & ordinaſſe præcones, et ipſā legem

legem maxima parte promulgaſse. Non eſt verò dubitandum, quin idē ſermo deſcribatur à Matt. et Luc. Nam & initium idem eſt & progreſſus (niſi quod Matt. longe plura adferat) & eadem concluſio. vt id nulla tergiuerſatione negari poſsit, habitusq́; eſt coram turba, quam deſcribit Mar. in receſſu, & inſinuat Matt. in fine cap. ſui 4. proximè ante ſermonem. Sed aduertendum Dominū primùm ſeceſſiſse ad mare, ibiq́; ne comprimeretur è nauicula docuiſſe, & curaſſe omnes, ac iniunxiſſe ne ſe manifeſtarent. Tum adueſperaſcente fugiendo turbam, ſubiiſſe in montem, & manè vocaſſe diſcipulos, & ordinaſſe duodecim Apoſtolos, ac tùm cum eis deſcendiſſe, & eandem turbam adhuc maxima parte tibi inuentam fuiſſe. Quomodo autem conſentiant Matt. & Luc. contextus & annotationes oſtendunt.

CAP. XL.

¶ A. 5. Videns autem Ieſus turbas aſcēdit in monrem. B. 3. Et aſcendens in montem.

C. 6. Factū eſt autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cùm dies factus eſſet.

B. Vocauit ad ſe quos voluit ipſe.

C. Vocauit diſcipulos ſuos.

A. Et cùm ſediſſet, [1] acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. B. Et venerunt ad eum.

C. Et

C. Et elegit duodecim ex ipſis.

B. Et fecit vt eſſent duodecim cum illo, &
2 mitteret eos prædicare, & dedit eis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.

C. Quos & Apoſtolos nominauit Simonem, quem cognominauit Petrum & andream fratrem eius.

B. Et 3 impoſuit Simoni nomẽ Petrus &

C. Iacobũ & Ioannem.

B. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanarges, quod eſt filij tonitrui.

B. Et Andream, & Philippũ, & Bartholomæum, & Matthæum, & Iacobum Alphęi, & Taddęum, & Simonem Cananęum, & Iudam Iſchariotem, qui & tradidit illum.

C. Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocaur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iſchariotem qui fuit proditor.

(Et veniũt. c. 49.

Et 5 deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis, ab omni Iudæa, & Hieruſalẽ, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis: & qui vexabantur à ſpiritibus

bus immundis, curabantur, & omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in 6 diſcipulos ſuos.

A. Et aperiens os ſuum docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui perſequtionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

C. Dicebat beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

C. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum.

A. Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines.

A. Et perſequti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſũ uos, mẽtiẽtes ꝓpter me.

C. Propter filium hominis, gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlo.

A. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

A. Sic enim perſequti ſunt prophetas qui fuerunt ante vos.

C. Secundũ hæc enim faciebant prophetis.

C. Patres eorum, veruntamen væ uobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines, ſecundum hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum. (*Sed vobis. infr.*

1. *Satis intelligitur ex Matt turbam in montem non aſcendiſſe.*
2. *Non ſignificat Mar. iam miſſos, ſed iam ordinatos vt mitterentur, ipſemet enim Mar. poſtea deſcribit eorum miſſionem. Veriſimile verò eſt eos etiam hic aliquam accepiſſe poteſtatem curandi & forte totam, poſtea tamen miſſos vt exequerentur. Et poteſtate accepta vterentur.*
3. *Non hic ſed diu ante Simon accepit nomen Petri, ſed veriſimile eſt, id hic repetitum ob myſterium hicq; Iacobum & Ioannem accepiſſe nomina.*
4. *Mar. proxme ſubijcit reditum in domum cùm cu-*

ratus fuit dæmoniacus, quia reliqua media omiſit; & nota dæmoniacum non fuiſſe curatum primo acceſſu in domum, ex reditu è Iudæa. ſed ſecundo: Marc. autem ſic narrat, quaſi primo acceſſu contigerit, quia intermedia omiſit.

5. *Vt Moyſes legem accepit in monte; ſed eam promulgaturus deſcendit ad turbam, ita & dominus, ideò forte* Matt. *prius fecit montis mentionem, inſinuans legem Euangelicam profectam è monte.*

6. *Præcipue partes ad diſcipulos pertinent, ideò tã Matt. quàm Luc. dicunt dictum diſcipulis. Nec ſi ſignificat Matt. Dominum ſedentem in monte, habuiſſe hunc ſermonem coram ſolis diſcipulis (licet id primo aſpectu ſignificare videatur) in fine enim ſermonis apertè dicit turbam audiuiſſe. Nec dubium quin Luc. voluerit explicare Matt. dicens: quando, & cur Dominus aſcenderit in montem, & quando, & cur acceſſerint diſcipuli, & quid cum eis Dominus fecerit, quemadmodum concordiæ contextus indicat.*

IVSTITIA EVANGELICA.

In his quæ continent continuationem ſermonis Domini, multa habet Matt. quæ paſſim à Mar. & Luc. dicta ſunt. Et fieri poteſt, vt Luc. quædam recapitulationem, & Matt. nũnulla per anticipationẽ diceret. præſertim cũ Matt. hic videatur ſummam

Euan-

Euangelicę doctrinæ voluiſſe tradere, licet diuerſis locis & temporibus traditę, tamen quia veriſimile eſt, pleraq; ſępius dicta, eo loco relicta ſunt, quo ſunt narrata ab Euangeliſtis, ne nimium interrumperentur eorum narrationes.

CAP. XLI.

A. 5. Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Neque accendunt lucernam & ponũt eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nolite putare, quoniã veni ſoluere legẽ aut prophetas: nõ veni ſoluere, ſed adimplere. Amen, quippe dico vobis, donec tranſeat cœlũ & terra, iota vnũ, aut apex vnus, non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorũ. Qui autem feceri-

Ca 70. b. Ca. 91. c. C. 51. b. c. Ca. 82. c. Ca. 94. c.

&docuerit, hic magnus vocabitur in re-
gno cœlorū. Dico autem vobis, quia niſi
abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam ſcri
barum & Phariſæorū; non intrabitis in re
gnum cœlorum. Audiſtis quia dictum eſt
antiquis. Non occides. Qui autem occi-
derit, reus erit iudicio. Ego autem dico
vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo
reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri
ſuo Racha, reus erit concilio. Qui autem
dixerit fatuæ, reus erit gehennæ ignis. Si
ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi
recordatus fueris, quia frater tuus habet,
aliquid aduerſum te, relinque ibi munus
tuū ante Altare, & vade prius recōciliare
fratri tuo, & tunc veniens offer munus tu-
Ca. 86. c. um. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito,
dum es in via cum eo: neforte tradat te ad
uerſarius tuus iudici, & iudex tradat te mi
niſtro, & in carcerem mittaris: amen dico
tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſi
mum quadrantem. Audiſtis quia dictum
eſt antiquis. Non mœchaberis. Ego au-
tem dico vobis, quia omnis qui viderit
mulierem ad concupiſcendum eam, iam
C. 71. a b. mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quod
ſi ocu-

ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorũ, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te; expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in ghennam. Dictum eſt autem quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum repudij. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta forni cationis cauſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Iterũ audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non periurabis: reddes autem domino iuramẽta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino; ne que per cœlum, quia thronus Dei eſt. Neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, Neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis. neq; per caput tuũ iuraueris, quia non potes vnum capillum facere album aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt. eſt. non. non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Audiſtis quia dictum eſt. oculũ pro oculo, & dentẽ pro

dente. Ego autem dico vobis,non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dextram max'llã tuam,præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecũ in iudicio contendere,& tunicam tuã tollere dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille paſſus, vadecum illo & alia duo. Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

C.6.Et qui te percutit in maxillam vnam præbe illi& alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum tuum, etiã tunicam noli prohibere Omni autem petenti te tribue.

Ca. 43.a C. Et qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas, & prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. (*Et ſi diligitis infra*.

A. Auditis quia dictum eſt: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos.

C.Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos veſtros, benefacite his q oderunt vos

C.benedicite maledicentibus vobis & orate pro.

A. Et orate pro. C. Calumniãtibus vos (Et qui te percutit. ſupra.

A. Perſequentibus & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit

ſuper

ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligũt, quam mercedem habetis, nonne & publicani hoc faciunt?

C. Et ſi diligatis eos qui vos diligunt, quę vobis eſt gratia.

C. Nam & peccatores, diligentes ſe diligunt, & ſi benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuumdederitis his: à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

A. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?

C. Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes. Et erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.

Nolite iudicare. cap. 42.

A. eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter celeſtis perfectus eſt.

OCVLVS RECTVS SOLLICITVDO VANA.

CAP. XLII.

¶ A. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioqui mercedem nõ habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Et cùm oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſyngogis & angulis platearum ſtantes orare vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuam. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio, ora patrem tuũ in abſcondio, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt, putant enim quod

in mul-

in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eũ, ſic ergo vos orabitis. Pater noſter qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrũ ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminãt enim facies ſuas, vt pareant hoībus ieiunantes. Amẽ dico vobis, quia receperunt mercedẽ ſuam. Tu autẽ cùm ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuam laua, ne videaris hoībus ieiunãs, ſed patri tuo qui eſt in abſconſo, & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures

Ca. 82. c. · C. 112. b. · Ca. 85. c.

effodiunt

effodiunt & furantur. Theſaurizate autẽ
vobis theſauros iu cœlo, vbi neque erugo
neque tinea demolitur, & ubi fures non
effodiunt nec furantur. Vbi enim eſt theſaurus
tuus, ibi eſt cor tuum. Lucerna cor
Ca.82.c. poris tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus
fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidũ
erit, ſi autem oculus tuus fuerit nequam,
totum corpus tuum tenebroſum erit. Si
ergò lumen quod in te eſt tenebræ ſint,
Ca.94.c. ipſæ tenebræ quantæ erunt? Nemo poteſt
duobus dominis ſeruire, aut enim vnum
odio habebit, & alterum diliget, aut unum
ſuſtinebit & alterum contemnet. Non po
Ca.85.c. teſtis Deo ſeruire & mammonæ. Ideo dico
uobis, ne ſolliciti ſitis animæ ueſtræ,
quid manducetis, neque corpori ueſtro,
quid induamini. Nònne anima plus eſt
quàm eſca, & corpus pluſquam veſtimentum.
Reſpicite volatilia cœli, quoniã non
ſerunt neque metunt, neque congregant
in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit
illa: nonne uos magis pluris eſtis illis.
Quis autem ueſtrum cogitãs, poteſt adiicere
ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Et
de ueſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſi-

derate

derate lilia agri, quomodo creſcunt. non laborant neque nent. dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua, coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. ſi enim fœnum agri, quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quãtò magis vos modicæ fidei? Nolite ergò ſolliciti eſſe, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt; ſcit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Noliti ergo ſolliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies, ſollicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua.

VARIA DOCVMENTA.

CAP. XLIII.

¶ A. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condẽnare, & non condemnabimini.

C. 6. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini; nolite cõdemnare, & non condẽnabimini. Dimitte, & dimittemini, date, & dabitur vobis. Menſuram bonam, & con-

& confertam, & coagitatam, & ſupereſfluentem dabunt in ſinum veſtrum.

A. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

C. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.

Ca.60.a. C. Dicebat autem illis & ſimilitudinem. Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere, nònne ambo in foueam cadunt. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.

Ca.55.a. 132.135.d. Quid autem vides feſtucã in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt non conſideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non vides. Hypocrita eijce primum trabẽ de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

A. Quid autem vides, feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo, non vides Aut quomodo dices fratri tuo, frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

A. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas

pedibus

pedibus ſuis:& cõuerſi dirumpãt vos. Peti Ca.11.a.
te & dabitur vobis,quærite & inuenietis,
pulſate,& aperietur vobis. Omnis enĩ qui
petit accipit,& qui quærit inuenit,& pul-
ſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis ho-
mo,quẽ ſi petierit fili⁹ ſuus panẽ, nũquid
lapidẽ porriget ei?aut ſi piſcẽ petierit,nun
quid ſerpentẽ porriget ei?Si ergò vos cũ ſi
tis mali,noſtis bona data dare filijs veſtris.
quãto magis pater veſter qui in cælis eſt,
dabit bona petẽtibus ſe. Omnia ergo quæ Ca.41.b.
cũque vultis vt faciant vobis homines,ita
& vos facite illis.Hæc eſt enim lex & pro- Ca.29.c.
phetæ.Intrate per anguſtã portã,quia latã
porta,& ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad per
ditionẽ,& multi ſunt qui intrant per eam.
Quam auguſta porta, & arcta via eſt,
quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui in-
ueniunt eam. Attendite à falſis prophe-
tis, qui veniunt ad vos in veſtimentis o-
uium, intrinſecus autem ſunt lupi rapa-
ces: à fructibus eorum cognoſcetis eos.
C. Nõ eſt enim arbor bona,quæ facit fru-
ctus malos,neq;arbor mala faciẽs fructum
bonũ.Vnaquæq; enim arbor de fructu ſuo
cognoſcitur:neq; enim de ſpinis colligũt
ficus,

ficus, neque de rubo vindemiant vuam.
A. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? ſic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Ca. 64. A. C. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum. Et malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico?

A. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum: multi dicent mihi in illa die, Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Ca. 19. c.

opera-

A. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea.

C. Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendã vobis cui ſimilis ſit.

C. Similis eſt homini, ædificati domum,

A. Aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

C. Qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petram.

C. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere; fundata enim erat ſupra petram. qui autem audit, & nõ facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſupra arenam, ſine fundamento, in quam illiſus eſt fluuius.

A. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, ſine fundamento. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam.

A. [1] Et cecidit, & fuit ruina illius magna.

C. [1] Et continuò cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna. (*cùm autem ca.* 45.

A. Et

A. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, mirabantur [2] turbæ ſuper doctrina eius, erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi.

1\. *Qui conferre volet initium, medium, & finem, totumq́; progreſſum ſermonis, dubitare non poterit, vt ante dictum eſt, quin idem ſit ſermo, a Matt. & Luc. deſcriptus, immò quę Matt. hic ſolus narrat, ab eo congeſta videntur ad ſummam doctrinæ, alijs locis & temporibus dicta, nam penè omnia alijs locis habet Luc.*

2\. *Hinc conſtat coram turbis ſermonem habitum, non in monte, non enim turbæ aſcenderunt in montem.*

LEPROSVS.

Matt. iſtud ſic narrat, quaſi contigerit deſcendendo è monte verſus Capharnaum, & ſeu idem ſit ſeu diuerſum ab eo quod narrant Mar. & Luc. (de eo enim ambigimus) libenter iſtud coniunxiſſemus cum narratione Mar. & Luc. cap 29. plane enim conſentiunt narrationes ſed cùm fieri poſſit, vt ſint diuerſa difficilimeq́; poſsit hic vnus fieri contextus hoc exemplo, narrationem Matt. hoc loco reliquimus.

CAP. XLIIII.

¶ A. 8. Cùm autem 1 deſcendiſſet Ieſus de monte, ſequtæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum dicens: Domine ſi vis potes me mundare. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. vide nemini dixeris, ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuū, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

1. *Quia aſcenſus fecerat mentionem, nunc narraturus quid fecerit eundo Capharnaum, meminit deſcenſus non nunc, ſed ante ſermonem facti, niſi forte prius deſcenderit in aliquam planiciem campeſtrem, quæ adhuc eſſet pars montis, nunc autem planè deſcenderit.*

SERVVS CENTVRIONIS.

Vix dubium quin Luc. hic voluerit exponere, Matt. Apertè enim dicit Dominum poſt deſcēſum è monte veniſſe Capharn. & ſanaſſe ſeruum Centurionis, vt Matt. ſed quod Matt. dicit Centurionem acceſsiſſe, & Dominum ei loqutum, id Luc. ita exponit, non quod ipſemet in perſona ierit ad Dominum,

minum, aut quod ipſimet Dominus ſit loqutus, ſed quia miſit & primum & ſecundum, quibus id eſt dictum à Domino nomine Centurionis: quod Matt. dicit Centurioni dictum, & vſitata eſt hæc formula loquendi non vulgo tantùm, ſed etiam probatis ſcriptoribus. Diuerſas autem eſſe hiſtorias, nullo modo veriſimile eſt. Eſt verò hic primus ingreſſus in Caph. à reditu ſecundo ex Iudæa: ſuperiora enim in via contigerunt.

CAP. XLV.

C. 7. Cum autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens, erat moriturus, qui illi erat præcioſus. Et cum audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret & ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicitè, dicentes ei. Quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes, Diligit enim gẽtem noſtrã, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis. Et cum iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens:

A. 8. Cùm autem ĩtraſſet Capharnaũ acceſſit ad eum Centurio, rogans eũ & dicens: Domine, puer. me⁹ iacet in domo paralyticus, & male torquetur & ait illi Ieſus: ego veniam & curabo eũ. Et reſpõdens Centurio ait: Domine nõ ſum dignus, vt

intres ſub tectũ meum, ſed tantùm dic verbo, et ſanabitur puer meus. Nam & ego homo sũ ſub poteſtate cõſtitus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & ſeruo meo fac hoc, & facit. Audiens aũt Ieſus mirat⁹ eſt, & ſequẽtib⁹ ſe dixit: Amẽ dico vobis, non inueni. tantam fidem in Iſrael.

cens: Domine noli vexari: nõ enim ſum dignus: vt ſub tectum meũ intres, propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirẽ ad te, ſed dic verbo & ſanabitur puer meus. Nã & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit: Quo audito Ieſus miratus eſt, & conuerſus ſequẽtibus ſe turbis, dixit. Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni.

A. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob, in regno cœlorũ, filij aũt regni eijciẽtur in tenebras exteriores. Et dixit Ieſus Centurioni: vade & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. (*Et* [1] *cùm veniſſet. cap.* 28.

C. Et reuerſi qui miſſi fuerant domum, inuenerunt ſeruum qui languerat, ſanum.

1. *Hæc formula videtur omnino ſignificare, Centurioni loqutum Dominum, ſed per enallagen per-*

ſonę etiam iſtud eſt intelligendum, pro. Et dixit Ieſus nuncijs Centurionis: Itè, & ſicut credidit fiat ei idq́; non eſt inſuetum, vt diximus, nec vulgo, nec ſcriptoribus.

2\. *Matt. Cum narraſſet quod contigit Capharnai, ſtatim à ſecundo reditu ex iudęa, commodiſſimè redit ad ordine narranda, quæ ſtatim à primo reditu contigerant, vſque ad ſecundũ acceſſum in Iudęam, itaq; hic eius narratio fuit interrumpenda.*

FILIVS VIDVAE.

Luc. Iſtud narrat cum aliqua conſequentię ſignificatione, nec eſt cur iſtud alio loco collocetur, immò ſequens cap. ſatis oſtendit hoc loco collocandum.

CAP. XLVI.

C. 7. Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper illam, dixit ei: Noli flere. Et acceſſit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait: Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. Accepit autem oẽs timor, & magnificabãt Deũ dicentes: Quia propheta magnus ſu

rexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebē ſuā. Et exijt hic ſermo in vniuerſam Iudæā de eo, & in omnem circa regionem.

LEGATIO IOANNIS.

Hic conſtituenda eſt legatio, non ſolum quia Lucas hic eam ponit ſed & ex eo quod Matt. hanc proxime ſubijciat miſſioni, quia enim non poſt miſſionem, ſed ante contigit, vt in titu. cap. 56. videbitur. Si quæratur ex Matt. quo loco ſit ponenda & cur hanc proximè poſt miſſionem anticipatam narrauerit, hoc maximè loco ponenda inuenietur: Matt. enim cum narrando ad ſecundū acceſſum in Iudęā peruenisſet, & eſſet interrupta narratio vt ante diximus, multaq; quæ vel in via redeundo, vel etiam poſt reditum contigiſſent. anticipando, narraſſet. anticipare etiam voluit miſsionem, vt eſt dictum. legationem ergo proxime ſubijciens. id ſcilicet ſignificat, non diu poſt reditū è Iudæa contigiſſe, primoq; loco hāc poſt anticipata collocādā.

CAP. XLVII.

C. 7. Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem veniſſent ad eum viri, dixerunt. Ioannes Baptiſta miſit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es? an alium expectamus? In ipſa autem

tem hora, multos curauit à languoribus ſuis, & plagis, & ſpiritibus malis, & cœcis multis donauit viſum. Et reſpondens, dixit illis. Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Quia cœci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus eſt quicunque non fuerit ſcandalizatus in me. Et cum diſceſſiſſent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas. Quid exiſtis in deſertum videre, arundinem vento agitatam? ſed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui ĩ veſte pręcioſa sũt & delicijs, in domibus regũ ſunt. Sed quid exiſtis videre prophetam? vtiq; dico vobis & pluſquam prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptũ

A. 11 Ioãnes autem cùm audiſſet ĩvinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es qui venturus es? an alium, expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quę audiſtis & vidiſtis, cœci vident, claudi ambulant, leproſi mundãtur, ſurdi audiunt, mortui, reſurgunt, pauperes euangelizantur. Et beat⁹ eſt qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? ſed quid exiſtis videre? Hominẽ mol

eſt.

libus veſtitũ? ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regũ ſunt. Sed quid exiſtis videre prophetã? etiã dico vobis, & plus quàm prophetam Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto angelum meum, ante faciem tui, qui pręparabit viam tuam ante te.

eſt. Ecce mitto angelũ meũ ante faciam tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt.

C. Qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.

A. Amen dico vobis, non ſurexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptiſta. Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. A diebus autẽ Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ, & lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt. Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias qui venturus eſt. qui habet aures audiendi audiat. Ca. 94. c.

C. Et omnis populus audiens, & publicani iuſtificauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi aũt & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſis, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus. Cui ergò ſimiles dicã homines generationis

A. cui autem ſimilem æſtimabo generationẽ iſtã ſimilis eſt pueri,

 huius,

huius,& cui ſimiles ſunt: ſimiles ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquẽtibus ad inuicem & dicentibus. Cantauimus vobis tibijs, & nõ ſaltaſtis, lamentauimus vobis, & nõ ploraſtis. Venit autẽ Ioãnes Baptiſta, neque manducãs panem, neque bibens vinum, Et dicitis dæmoniũ habet. venit filius hominis manducãs & bibens. Et dicitis ecce homo deuorator, & bibens vinũ, amicus publicanorum & peccatorum, & iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.

ris, ſedentibus in foro, qui clamantes coequalibus ſuis dicũt, cecinimus vobis & non ſaltaſtis, lamentauimus, & non planxiſtis, venit enim Ioãnes neq; mãducans neq; bibens, & dicunt, dęmoniũ habet venit filius hominis mãducãs & bibens, & dicũt. Ecce homo vorax, & potator vini publicanorũ & peccatorum amicus. & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. (2 tunc cœpit expro.ca 79.

1. *Iſtud videtur referendum ad id quod Luc. proximè ante narrauit de reſuſcitato filio viduę. Itaque paulo poſt illam reſuſcitationem omnino veriſimile eſt veniſſe nuncios Ioannis.*

2. *Veriſimile eſt Matt. hic poſuiſſe exprobrationem quod ei hic venerit in mentem, tum occaſione miſſionis prius narratę, tum eorum quæ hic narrata ſunt, quę quandam habent exprobrationem, & libenter congerit Matt. quę ad doctrinam pertinent,*

aliquo

aliquo modo vicina, etiã diuerſis locis dicta. Hæc enim contigerunt poſt miſsionem & reditum ſeptuaginta, niſi bis dicta ſint. Quod ſi eſt ſufficit tamen ſemel poſuiſſe. Hanc itaq; narrationem cum narratione Luc. poſt reditum ſeptuaginta coniunximus, quia planè cum ea conſentit.

MVLIER PECCATRIX.

Nõ apparet cur iſtud nõ ſit proximè ſubijciendũ ſuperioribus, licet nulla ſignificetur cohęrẽtia, niſi quod quę deinceps Luc. narrat, ſatis ſignificet eſſe ſequta

CAP. XLVIII.

C. 7. Rogabat autem illũ quidam de Phariſæis vt mãducaret cum illo. Et Ingreſſus domũ Phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Ieſus accubuit in domo Phariſæi, attulit alabaſtrũ vnguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns aũt Phariſæus qui vocauerat eũ, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus dixit ad illũ. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori.

ratori, vnus debebat denarios quingentos,& alius quinquaginta, nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;. quis ergo eum plus diligit? Et reſpondens Simon dixit. Aeſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dediſti, hæc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti, hæc autẽ ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul diſcumbebant, dicere intra ſe, quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? dixit autẽ ad mulierem, fides tua te ſaluã fecit, vade in pace. ([1] *Et factum eſt deinceps. cap. 55.*

[1] *Luc. Subijcit circuitum ante miſsionem, ſed ſic vt ſtatim antequam pergat repetat pleraque quæ omiſerat,*

omiſerat, & circuitum non poſſe hic poni intelligetur. cap. 55.

DAEMONIACVS COECVS ET MVTVS.

Dominus hoc clariſſimum miraculum fecit cum poſt reditum e Iudæa ſecundo rediſſet Capharnaum. Hinc ergo primum vt diximus annot. 5. cap. 39. Matt. redit ad continuandam hiſtoriam eorum, quæ poſt reditum contigerunt, cùm horum pleraque vt vidimus, anticipaſſet. Continuam autem narrari hiſtoriam a Matt. hinc vſque Nazareth, & deinceps, & iſtud eſſe primum à quo incipit, ex ſuperioribus & inferioribus, ſi quis conferre volet ſatis intelligetur. Quin & Mar. in his & deinceps conſentit cum Matt. eundemq; ordinem ſeruat, niſi quod quædam interponat. Proximè autem iſtud ſubijcit electioni: non quod primo poſt reditum ingreſſu in Capharn. contigerit, vt diximus, ſed quia intermedia non narrauit, itaque & iſtud primùm eſt ex Mar. & ante omnia ſequentia collocandum Luc. autem (veriſimillimũ enim eſt, idem eſſe) iſtud de dæmoniaco narrat poſt miſſionem ſeptuaginta, ſed ſic vt nullam cohærentiam ſignificet.

CAP. XLIX.

B. 3. Et veniunt ad domũ, & cõuenit iterũ turba, vt nõ poſſent neq; panẽ mãducare.
A. 12. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens

bens cæcus & mutus.

C. 11. Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutũ, & cùm eieciſſet dæmoniũ, locutus eſt mutus,& admiratæ ſunt turbæ.

A. Et curauit eum,ita vt loqueretur & videret,& ſtupebant omnes turbæ, & dicebant,nunquid hic eſt filius Dauid?

B. Et cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum:dicebant enim,quoniam in furorem verſus eſt. Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant. Quoniam Beelzebub habet,& [1] quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

A. Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

C. [2] Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes ſignum de cœlo quærebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum.

B. Et conuocatis eis in parabolis, dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eijcere?

A. Omne regnum diuiſum cõtra ſe,deſolabitur:& omnis

A. Ieſus autem ſciens cogitationes eorum dixit eis.
C. Dixit eis, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabi-

tur&domus ſupra domum cadet. nis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.

B. Et ſi regnum in ſe diuidatur,non poteſt regnum illud ſtare,& ſi domus ſuper ſemetipſam diſpartiatur,non poteſt domus illa ſtare. Et ſi ſatanas conſurrexit in ſemetipſum, diſpartitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet.

A. 3 Et ſi ſatanas ſatanam eijcit,aduerſus ſe diuiſus eſt.

C. Si autem & ſatanas aduerſum ſe diuiſus eſt,quomodo ſtabit regnũ eius? Quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia, ſi autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri ĩ quo eijciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt. Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.

A. Quomodo ergo ſtabit regnum eius. Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eijciũt? ideò ipſi iudices veſtri erunt, ſi autem ego in ſpiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

A. Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere?

B. Nemo põt vaſa fortis ĩgreſsus ĩ domũ diripere, niſi prius fortẽ alliget,& tunc domũ ei⁹ diripiet.

A. Niſi prius alliget fortem, Tũc domum illius diripiet.

C. Cùm

C. Cũm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet, ſi autẽ fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum cõtra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit. (4 *Cùm immundus infra.*

B. Amen amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata: & blaſphemiæ quibus, blaſphemauerunt.

A. Qui non eſt mecum, cõtra me eſt, & qui nõ congregat mecum, ſpargit; ideò dico vobis omne peccatũ & blaſphemia remittetur hominibus.

A. Spiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui aũt dixerit cõtra ſpiritũ ſanctũ non remittetur ei, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro.

B. Sed erit reus æterni delicti, qm̃ dicebant, ſpiritũ immundũ habet.

B Qui autem blaſphemauerit i. ſpiritum ſanctũ, non habebit remiſſionem in æternum.

A. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidẽ ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarũ, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali.

Ex abun-

Ex abundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo de bono theſauro profert C.a.43.e.
bona: & malus homo de malo theſauro
profert mala. Dico autem vobis, quoniã
omne verbum otioſum, quod locuti fue
rint homines, reddent rationem de eo in
die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificabe
ris, & ex verbis tuis condemnaberis. Tũc
reſponderunt ei quidam de ſcribis & Pha
riſæis, dicẽtes: Magiſter volumus à te ſi-
gnum videre.

A. Qui reſpondẽs ait illis.

C. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: generatio hæc, generatio ne quam eſt.

C. Signum quęrit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ.

A. generatio mala & adul C.64.a.b.
tera, ſignum quærit; & ſi-
gnum non dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ pro
phetæ, ſicut enim fuit Ionas in ventre cœ
ti, tribus diebus & tribus noctibus. ſic erit
filius hominis in corde terræ tribus die-
bus & tribus noctibus.

C. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niuiui-
tis, ita erit filius hominis generationi iſti.
(4 *Regina infra*.

A. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum
genera-

generatione iſta, & condemnabũt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquam Ionas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta & cõdemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic. Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærẽs requiẽ, & non inuenit. Tũc dicit. Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrãtes habitãt ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius, peiora priorib⁹ ſic erit

C. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, cum generatione hac, & condemnabunt illã, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquam Iona hic (5 Nemo lucernam. c. 82. Regina Auſtri ſurget in iudicio cũ viris generatiõis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis & ecce pluſquam Salomõ hic. (Viri ſup. Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & nõ inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cũ venerit, inuenit eam ſcopis mundatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

ſic erit & generationi huic peſſimæ.

1. *Licet Mar. non faciat mentionem dæmoniaci cæci & muti, tamen perſpicuum eſt eum de eadem re loqui. Similiter, hiſtoria conſiderata dubitari non poteſt, quin etiam Luc. de eodem loquatur.*

2. *Trium Euangeliſtarum ſententias in contextu poſuimus, licet idem videantur ſignificare, quia Mar. ſcribis, Matt. phariſæis, Luc. turbæ blaſphemiam tribuit, nec dubium, quin varij variè ſint calumniati.*

3. *Quamuis veriſimile non ſit Dominum tanta ingeminatione vſum, quia tamen incertum eſt, quo potiſſimùm ſermone ſit vſus, & ſententia ſic plenior eſt, viſum eſt & hoc ponere in contextu.*

4. *Multo magis cohæret narratio Matt. grauiter enim reprehenſi phariſæi & ſcribæ de blaſphemia, ſignum petiuerunt, ex quo concurſus turbæ, & omnino illud, cum immundus ſpiritus, concludere videtur hanc diſceptationem, Sic & in comparatione Salomonis & Ionæ cum Domino. veriſimile eſt Dominum cum dixiſſet Ionam fuiſſe ſignũ Niniuitis, ſubieciſſe comparationem Niniuitarum occaſione Ionæ, ideò vtroque loco narratio Luc. nonnihil eſt inuerſa, vt reſponderet narrationi Matt..*

5. *Quæ ſubijcit Luc de lucerna, habentur ſparſim apud Matt. in ſermone, itaque quia Luc. poſt ponit fermè doctrinam, vt Matt. præpoſuit, hæc præſtat eo loco relinquere quo narrantur a Luc. præſertim cum ſubijciat, & cum loqueretur &c. quod nullo modo hic conuenit.*

EXCLAMATIO MVLIERIS. MATER. FRATRES.

Conſtat ex Luc. exclamationem mulieris hic collocandam, deinde proximè aduentum matris & fratrum, non ſolum quia Matt. & Marc. proximè hoc ſuperioribus ſubijciunt, tanquam factum antequam Dominus egrederetur domum, ſed etiã quia dicit Matt. adhuc eo loquente. item quia illud foris quo omnes vtuntur, ſignificat Dominum adhuc in domo fuiſſe, quid verò ſequutus ſit Luc. dicetur in fine c. ſeq.

CAP. L.

C. 11. Factum eſt autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. (*Turbis autem ca. ſuperi.*

C. 8. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius.

A. 12. Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabãt foris, quęrẽtes loq. ei C. Et non poterãt adire eum præ turba. B. Et foris ſtãtes miſerũ ad eũ, vocãtes eum, & ſedebat

B. 3. Et veniunt mater eius & fratres.

C. Et nunciatum eſt illi. mater tua & fratres tui ſtant foris.

volentes te videre, qui reſpondens dixit ad eos.

B. Et dicunt ei: ecce mater tua & fratres tui foris quęrunt te, & reſpondēs eis ait: quę eſt mater mea, & fratres mei?

B. Ait ecce mater mea, & fratres mei, qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea, & mater eſt.

debat circa eum turba. A. Dixit autem ei quidā Mater tua & fratres tui foris ſtāt quærentes te al loqui: & ipſe reſpondēs dicenti ſibi, ait: quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei? B. Et circūſpiciens eos, qui circum ſe ſedebant. A. Extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit volūtatē patris mei qui in cœlis eſt, ipſe me⁹ frater, ſoror & mater eſt.

C. Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. (1 *Factum eſt autem cap.* 31.

1. *Hic Luc. omiſſa repetendo antequā pergat ad miſſionem, ſequitur Mar.*

PARABOLA SEMINANTIS.

Mat. & Mar parabolas proximè ſubijciunt ſuperioribus, & prima pulcherrimè cohæret cum eo quod preceſſit de audiendo verbo Dei. Itaq; nullo alio loco poteſt veriſimiliter collocari. Nam & Luc. hanc

parabolam repetit ſtatim poſt anticipatum circuitum. Ita vt in eo (eſt enim eximendus circuitus) proximè ſequatur hiſtoriam mulieris peccatricis. Intermiſit enim hic curationem dęmonici, & aduentum matris & fratrum quæ paſtea repetit.

CAP. LI.

C. 8. Cum autem turba plurima conneniret, & de ciuitatibus properarent ad eũ.
¶ A. 13. In [1] illo die exiens Ieſus de [2] domo, ſedebat ſecus mare.
¶ B. 4. Et iterum cœpit docere ad mare, & cogregata eſt ad eũ turba multa, ita vt nauim aſcendẽs ſederet in mari: & omnis turba circa mare ſuper terram erat, & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua. Audite. Ecce.
C. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatũ eſt, & volucres cœli

A. Et cõgregatę ſunt ad eum turbæ multę, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtabat ĩ littore Et loqutus eſt eis multa in parabolis, dicens Ecce exijt qui ſeminat ſeminare, & dum ſeminat, quędam ceciderũt ſecus viam, & venerũt volucres cœli, & comederunt ea.
C. Dixit per ſimilitudinem.
B. Exijt ſeminãs ad ſeminandum, & dũ ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœ-

li & comederunt illud.

A. Alia autem ceciderunt in petroſa. vbi non habebant terram multam, & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terrę Sole autem orto æſtuauerunt, & quia non habebant radicē, aruerunt. Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

cœli comederunt illud.

B. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, quia non habebat altitudinē terræ. Et quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eò quod non habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcēderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem & afferebat vnum trigeſimū, & vnum ſexageſimum, & vnum centeſimum.

C. Et aliud cecidit ſuper petram & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & fecit fructū centuplū.

A. Qui habet aures audiendi audiat.

B. Et dicebat, qui habet aures audiendi audiat.

C. Hæc dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat.

B. Et cùm eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cũ eo erant duodecim parabolam.

A. Et accedentes diſcipuli, dixerunt ei, quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondẽs ait illis: Quia vobis datum eſt, noſce myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt datum.

C. Interrogabant autem eum diſcipuli quę eſſet hęc parabola, quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſce myſterium regni Dei. Cœteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

B. Et dicebat eis; vobis datum eſt noſce myſteriũ regni Dei.

B. Illis autem qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.

A. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit; qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audiẽtes non audiunt, neque intelligunt, vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incraſſa-

tum

tum enim eſt cor populi huius,& auribus grauiter audierunt,& oculos ſuos clauſerunt,ne quando videant oculis,& auribus audiant,& corde intelligant,& conuertan tur & ſanem eos. Veſtri autem beati oculi, quia vident,& aures veſtræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis,quia multi pro phetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis,& non viderunt,& audire quæ auditis & non audierunt. Ca 79 c,

B. Et ait illis neſcitis parabolam hanc, & quomodo oēs parabolas cognoſcetis?

A. Vos ergo audite parabolam ſeminantis.

A. Omnis qui audit verbum regni & nó intelligit, ven t ma lus, & rapit quod ſe minatum eſt in cor de eius.

C. Qui autem ſecus viam, hi ſunt, qui au diunt deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eo rum.

A. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui ver bum audit, & con tinuo cum gaudio

C. Eſt autem hęc parabo la ſemen eſt verbū Dei.

B, Qui ſeminat, verbū ſe minat. Hi autē ſunt, qui circa viā vbi ſeminatur verbū,& cū audierīt,cō feſtī venit ſatanas, & au fert verbū quod ſeminatū eſt in cordibus eorū.

C. Ne credētes ſalui fiāt

B. Et hi sūt ſimiliter q ſu per petroſa ſeminātur, q

cum audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in ſe, ſed temporales ſunt, deinde orta tribulatione, vel pſequtione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur. Et alij ſunt, qui in ſpinis ſeminantur. Hi ſunt qui verbum audiunt, & ærumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant verbum, & ſine fructis efficitur. Et hi ſunt, qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt.

accipit illud, nō autem habet in ſe radicem, ſed eſt temporalis, facta autem tribulatione et per pſequtione propter verbū continuò ſcādalizatur.

C. Nam qui ſupra petram, qui cùm audierint, cōtinuò cū gaudio, ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habēt quia ad tempus credunt, & in tēpore tētationis recedunt, quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audiunt, & a, ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitę euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, hi ſunt.

C. Qui in corde bono & optimo audientes verbum, retinent: & fructum afferunt in patientia.

B. Et fructificant, vnum trigeſimum, & vnum ſexageſimum, & vnum centeſimum.

B. Qui audiunt verbum & ſuſcipiunt.

A. Qui auté ſeminatus eſt in ſpinas, hic eſt qui verbum Dei audit, & ſollicitudo ſæculi iſtius & fallacia di-

B. Et

nitiarum, ſuffo cant verbum, & ſine fructu efficitur. Qui verò in terram boná ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum audit & intelligit, & fructum adfert, & facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò trigeſimum.

Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto, nõne vt ſuper candelabrum ponatur?

B. Non eſt enim aliquid abſcõditum quod non manifeſtetur, nec factũ eſt occũltũ, quod nõ veniat in palã.

C. Nemo autem lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſub lecto ponit, ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen, nõ eſt enim occultum, quod non manifeſtetur, nec abſconditũ, quod non cognoſcatur, & in palam veniat. Ca.41.a. Ca.82.c. Ca.55.a 84.c.

G. Videte ergò quid audiatis, qui enim habet dabitur illi, & quicunque non habet, etiã quod putat ſe habere auferetur ab illo. (veneruntautem ad. cap.50.

B. Si quis habet aures audiẽdi audiat, & dicebat illis Videte quid audiatis, in qua menſura menſi fueritis, remitietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.

1. *Ex eo ſatis apparet iſtud ꝓxime ſequi ſuperiora.*
2. *Non ſolum ex ſuperioribus ſed & ex hoc ipſo ſatis apparet, & ſuperiora illa contigiſſe Capharnai in ea domo in qua diuerſari ſolebat; & hæc proxi-*

proxime ſuccedere.

3. *Non diceret Mar. duodecim, niſi ante hic numerus Apoſtolorum fuiſſet conſtitutus, & eſſent hæ parabolæ dictæ poſt electionem Apoſtolorũ, quod notandum eſt, vt intelligatur cùm poſt parabolas ſubdit, & ait illis in illa die cum ſero eſſet factum, id intelligi non poſſe de die dictarum parabolarum, id enim certum eſt contigiſſe ante vocationem Matthæi.*

4. *Luc. Subijcit aduentũ matris et fratrũ, nõ quod poſt parabolam, ſed quod proximè ante cõtigiſſet, ita oc caſione parabolę, ob vicinitatẽ immò tẽporis ferè co hærentiã, acceſſus matris et fratrũ recordatus, id ita ſe habere ex eo intelligitur, quod hic maximè ſequatur Marc. Cùm enim cœpiſſet narrare in initio octaui ſui ca. circuitum, priuſquam pergeret ad miſsionem uolens nonnulla omiſſa repetere, cœpit ab inſigni iſta parabola, ac deinde repetit eodem ordine de ſedata maris tempeſtate, & alijs quæ Mar. eodẽ loco & ordine repetit. quod ergo Luc. hic interponat aduentum matris, vix dubium quin id obiter tantum fecerit, huius, occaſione narrratæ parabolæ, recordatus, ob vicinitatem vt diximus.*

PARABOLAE ZIZANIORVM. SEMINIS. SYNAPI. FERMENTI.

CAP. LII.

A. 13. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens:

dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum, homini qui ſeminauit bonum ſemē in agro ſuo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania. Accedentes autem ſerui patris familias, dixerunt ei. Domine nònne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? & ait illis. Inimicus homo hoc fecit ſerui aūt dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait. Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

B. 4. Et dicebat, ſic eſt regnum Dei. Quēadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille, vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, & cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

A. Aliam

A. Aliam parabolam propoſuit dicens.
B. Et dicebat, cui aſſimilabimus regnum Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud.

B. Sicut granum ſynapis, quod cum ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus.

A. Simile eſt regnum cœlorũ grano ſynapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus.

A. Cùm autem creuerit maius eſt omnibus, holeribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant & habitent, in ramis eius.

B. Quæ ſunt in terra, & cum natum fuerit aſcendit in arborẽ, & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra ei' aues cœli habitare.
A. Aliam parabolam loqutus eſt eis. Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. Hæc omnia loqutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas.
B. Et talibus, multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire, ſine parabola autem non loquebatur eis.

A. Et ſine parabolis non loquebatur eis.

A. Vt impleretut quod dictum eſt per prophe-

prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

B. Seorſum autem diſcipulis diſſerebat omnia. (2 *& ait illis. cap. 31.*

1. *Hinc valde veriſimile eſt omnes iſtas parabolas ſimul dictas.*

2. *Parabolæ hæ dictæ ſunt ad mare propè Capharnaum, circa quem locum etiam Matth. vocatus fuit. Mar. ergo cum parabolas ex propoſito narraſſet, & vellet ad vlteriora pergere, ad Nazareth ſcilicet & miſſionem, antequam hæc loca relinqueret (nam poſtea non eſt amplius dominus in his locis conuerſatus, nec poſt hàc Capharnài habitauit. Licet adhuc aliquoties per Capharnaũ tranſierit, vt per alias ciuitates, in quibus non hebitauit) ergo antequã Mar. hæc loca relinqueret, repetit quædam facta ad idem littus & mare. Et primum tranſitum ex hoc littore ad Geraſænos cũ ſedata fuit tempeſtas, & ſanatus homo à legione. Quod quia contigit cum ſimiliter Dominus è nauicula docuiſſet. Mar. id narrat quaſi eodem die contigerit, nullo tamen modo ſignificat eo die contigiſſe. Vt diximus in titu. cap. 31 Et ex his capitibus ſatis liquidò conſtat, vt & ex annottatione tertia. cap. 51. non nunc ſed prius dominum trans fretaſſe ad Gereſænos & ſanaſſe hominem a legione cui Mar. adijcit aduentũ Iairi & ſanatã Æmorrhoiſſam, quaſi venerit redeunte dño à Geraſenis*

quia

quia ad idẽ littus contigerat poſt pauca quæ ante narrauerat, vt diximus, an. 1. in cap. 33. Et hæc interpoſita tantum & narrata à Mar. quem Luc. eſt imitatus per repetitionem, cum feſtinaret ad alia, inde maximè intelligi poteſt. quod his exemptis maximè conueniant Mar. & Matt. præterquam quod ſatis conſtet ex Matt. dominum die dictarum parabolarum non transfretaſſe ſed per Capharnaum, cœpiſſe proficiſci in patriam.

EXPOSITIO ZIZANIORVM. PARABOLAE THESAVRI. MARGARITAE. SAGENAE.

Valdè veriſimile eſt tres ſequentes parabolas, dictas diſcipulis in domo, cum expoſita eſſet parabola Zizaniorum. Matt. enim & Mar. videntur concluſiſſe parabolas dictas turbis. Cum aiunt & ſine parabolis non loquebatur eis, alioqui videri poſſent omnes ſimul dicta.

CAP. LIII.

A. 13. Tunc dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui reſpondens, ait. Qui ſeminat bonum ſemen eſt filius hominis. Ager autem eſt mundus, bonum verò ſemen, hi ſunt filij regni. Zizania autem filij ſunt

ſunt nequã. Inimicus aũt qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſæculi eſt Meſſores autẽ Angeli ſunt. Sicut ergò colliguntur zizania & comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Simile eſt regnum cœlorũ theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcõdit, & præ gaudio illius vadit, & vẽdit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum, cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna præcioſa margarita, abijt & vendidit vniuerſa quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorũ ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti quã cũ impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi, exibunt

Angeli,

Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. ₂ Intellexiſtis hæc omnia? dicunt ei, etiam. Ait illis. Ideò omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de thæſauro ſuo noua & vetera.

1. *Matt. ſatis ſignificat Dominum dictis parabolis domum veniſſe: non autem transfretaſſe, nec quamcunque domum ſignificat, ſed in quam ſe ſolebat recipere Capharnai.*
2. *Hæc omnino videntur dici diſcipulis in domo.*

NAZARETH.

Matt. Planè ſignificat Dominum dictis parabolis ex eo ipſo loco cœpiſſe ire in patriam. quamuis enim dixerit Dominum dimiſſis turbis veniſſe domum, & domi expoſuiſſe parabolam zizaniorum, & fortè dixiße etiam domi tres ſuperiores parabolas, tamen cùm ait: transijt inde & veniens in patriam & cætera maxime id referri debet ad locum circa mare, vbi parabolæ dictæ ſunt, vt ſignificet Dominum inde cœpiſſe in patriam proficiſci, & tranſeundo, Capharnaum ac domum veniſſe, quod idem ſignificat. Mar. dicens: Et egreſſus inde abijt in patriam ſuã. Significat enim præcipuè

cipuè locum circa mare, vbi dictà fuerunt parabolæ, vnde & ſoluit ad Geraſænos, & vbi eum inuenit Iarius, qua occaſione ſuperius dicta, ſimul narrauit, quia tamen ita narrat, quaſi Dominus ſuſcitata Capharnai filia Iairi, inde abierit iu patriam, hoc ipſum quod diximus ſignificat, Dñm videlicet dictis parabolis ex eo loco cœpiſſe proficiſci in patriam, ſed per Capharnaum ac domum, vt dicit Matt. optimè ergò Matt. & Mar. de Nazareth conſentiunt. Nec dubium quin dictis parabolis, ſtatim Dominus ierit in patriam. Nam & Luc. planè ſequitur Marc. vt diximus annot. quarta cap. 51, Nec potuit hic narrare de Nazareth, id enim antè narrauerat, ſed proximè pergit ĩ narranda miſſione.

CAP. LIIII.

A. 13. Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde.

¶ B. 6. Et egreſſus inde abijt in patriam ſuam: Et ſequebantur eum diſcipuli ſui.

C. 4. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus. Et intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam.

A. Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum.

B. Et facto ſabbato, cœpit in ſynagoga docere.

L C. Et

C. Et ſurexit legere. Et traditus eſt ei liber Eſaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librũ, inuenit locum vbi ſcriptum erat. Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare pauperibus remiſſionem, & cœcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.

Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius, & dicebant.

A. Ita ut mirarentur & dicerent.

B. Et multi audientes, admirabantur in doctrina eius, dicentes: unde huic hæc omnia.

A. Vnde huic ſapientia hæc & virtutes?

B. Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur.

C. Nònne hic eſt filius Ioſeph.

A. Nònne hic eſt fabri filius

B. Nònne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ &, Simonis.

A. Nònne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas, & ſorores eius: nonne omnes apud nos ſunt; vnde ergo huic oĩa iſta? Et ſcã daliza bãtur in eo. Ieſus autem dixit eis.

B. Nònne, & ſorores ius hic nobiſcum ſunt, & ſcandalizabantur in illo.
C. Et ait illis
B. Et dicebat illis Ieſus.

C. Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem, medice cura teipſum, quanta audiuimus facta in Capharnaum. fac, & hic in patria tua, ait autem. Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus eſt ĩ patria ſua.

B. Quia nõ eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua.

A. Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua.

C. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quãdo clauſum eſt cœlum, annis tribus, & menſibus ſex, cum facta eſt fames magna in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in ſaræpta Sidonis ad mulierem

viduam. Et multi leproſi erãt in Iſrael ſub Eliſæo propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga irá, hæc audientes: Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorũ erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipſe verò tranſiens per medium illorum ibat. (2 *Et deſcendit, ca.27.*

A. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum. (3 *In illo tempore, cap.56.*

B. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos, impoſitis manibus, curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.

1. *Ex eo quod dicit Luc. ſecundum conſuetudinem, & quanta audiuimus facta in Capharnaum, conſtat iſtud non contigiſſe quo loco narratur à Luc. nam tùm primum Dominus incipiebat pulicè docere, nec quicquam adhuc fecerat Capharnai.*
2. *Luc. Obiter poſita cauſa cur Dominus non habitaret Nazareth, ordine ponit ingreſſum Caphar.*
3. *Matt. ſeriem ſeruat, præterquam quod anticipata ſit miſsio, proximè enim ſubijcit quæ poſt miſsionem contigerunt.*

MISSIO APOSTOLORVM.

Matt. *ſine dubio hic poſuiſſet miſſionem, niſi eam anticipaſſet, nam & ea ſtatim ſubdit quæ proximè poſt miſſionem, & reditum Apoſtolorum contigerunt, vt videbitur, ita hic ponẽda fuit miſſio, & eius cauſa. Item Luc. eam proximè ſubijcit parabolæ, ijs exemptis, quæ prius omiſſa repetit, & ſubieciſſet hiſtoria Nazareth, ſi eam non anticipaſſet. Itaque non dubium, quin hic ſequi debeamus narrationẽ Marc. eſſe autẽ eundem circuitum à tribus ſcriptum, vel ex verborum conuenientia ſatis intelligitur, & hunc circuitum in quo iſta miſsio facta eſt, cõtigiſſe circa Nazaret. Ideo verò Luc. hic facit mentionem mulierum, quia Dominus iam reliquerat Capharn. peregre agens, non amplius ſcilicet eò vt domum rediturus. Sed cùm cœpiſſet narrare cauſã miſsionis, ante miſsionem quædam interpoſuit que ante contigerant, in quo eſt imitatus Marc. vt dictum eſt. annot. 4. cap. 51.*

CAP. LV.

¶ C. 8. Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella.

B. 6. Et circuibat caſtella, in circuitu docens.

C. Prædicans, & euangelizans regnum Dei.

A. 9. Et circuibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangeliũ regni, & curãs

omnem languorem, & omnem infirmitatem.
C. Et duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus. Maria quæ vocabatur Magdalenæ, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Cuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.
(1 *Cum autem, cap.* 51,
A. Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati &, iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſsis quidem multa operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.
B. Et vocauit 2 duodecim, & cœpit eos mittere binos.

¶ A. 10. Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerẽt eos, & curarent omnem languorem, & omnẽ infirmitatẽ. 2 Duodecim autem Apoſtololorum nomina sũt hæc:

¶ C. 9. Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis dedit illis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. B. Et dabat eis poteſtatem ſpirituum immundorum.

hæc. Primus Simõ qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Philippus & Bartolomæus. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Thomas, & Matthæus publicanꝰ, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Cananeus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit

C. Et Miſit eos. eũ, hos duodecĩ miſit Ieſus.

C. Prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos. cap. 79. c.

B. Et præcepit ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram, nõ panẽ, neque in zonas, ſed calceatos ſandalijs, & ne induerentur duabus tunicis.

C. Et ait illis, nihil tuleritis in uia, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

A. Præcipiens eis, & dicens.

B. Et dicebat eis.

A. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates ſamaritanorum ne intraueritis: ſed potiùs ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Euntes autem prædicate dicentes: quia appropinquauit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos, ſuſcitate, lepro ſos mundate, dæmones eijcite, gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſsidere au-

rum neque arg&tum, neque pecuniam in zonis veſtris, nō perā in via, neque duas tunicas, neque 3 calceamenta, neque virgam. Dignus enim eſt operarius cibo ſuo. In quamcunque autem ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: pax huic domui. Et ſiquidem fuerit domus digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. Et quicunque non receperit vos, neq; audierit ſermones veſtros exeuntes foras de domo vel ciuitate.

C. Illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos.

B. Quocunque introieritis in domum illic manete donec exeatis inde.

C. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis. Et quicunque non receperit vos, exeuntes de ciuitate.

B. Et quicunque nō receperit vos nec audierint, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus veſtris, in teſtimonium illis.

A. Excutite puluerem de pedibus veſtris.

A. 4 Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Zodomorum & Gomorrhæorum in

die

die iudicij quã illi ciuitati. Ecce ego mit-
to vos, ſicut oues in medio luporum. Eſto
te ergò prudentes ſicut ſerpentes, & ſim-
plices ſicut columbæ. Cauete autem ab
hominibus, tradent enim vos in concilijs, Ca. 123.b.
& in Synagogis ſuis, flagellabunt vos: &
ad præſides & reges ducemini propter me
in teſtimonium illis & gentibus. Cum au- Ca. 84.
tem tradent vos, nolite cogitare quomo- 122.a
do aut quid loquamini, dabitur enim vo-
bis in illa hora quid loquamini. Nõ enim
vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus pa-
tris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet au Ca. 123.b
tem frater fratrem in mortem, & pater fi-
lium, & inſurgent filij in parentes, & mor-
te eos afficient. Et eritis odio omnibus ho
minibus propter nomen meum. Qui au-
tem perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus
erit. Cum autem perſequentur vos in ci-
uitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vo
bis, non conſummabitis ciuitates Iſrael,
donec veniat filius hominis. Non eſt diſci Ca. 43.c
pulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper Do 132.137.d
mium ſuũ: ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut ma
giſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. Si
patrem familias Beelzebub vocanerunt,
quanto

quanto magis domeſticos eius. Ne ergò
a.51 b c. timueritis eos. Nihil enim eſt opertum
84 c. quod non reueletur, & occultum quod
nõ ſciatur. Quod dico vobis in tenebris,
dicite in lumine, & quod in aure auditis,
prædicate ſuper tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus, animam autem
non poſſunt occidere: ſed potiùs timete
eum, qui poteſt & animam, & corpus per
dere in gehẽnam. Nònne duo paſſeres aſ
ſe venæunt, & vnus ex illis non cadet ſu-
per terrã ſine patre veſtro. Veſtri autem,
& capilli capitis omnes numerati sũt. No
lite ergò timere, multis paſſeribus melio-
res eſtis vos. Omnis ergò qui cõfitebitur
me coram hominibus, confitebor, & ego
c.66 b c eum corã patre meo qui in cęlis eſt. Qui
84 c. autem negauerit me corã hominibus, ne
gabo & ego eum coram patre meo qui in
a. 86. c. cœlis eſt. Nolite arbitrari, quia pacem ve
ni mittere in terram: non veni mittere pa
cem, ſed gladium. Veni enim ſeparare ho
minem aduerſus patrem ſuũ, & filiam ad-
uerſus matrem ſuam, nurum aduerſus ſo-
crum ſuam, & inimici hominis domeſtici
ca. 91. c. eius. Qui amat patrem aut matrem pluſ-
quam

quam me, nō eſt me dignus, & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dign⁹. Et qui non accipit crucē ſuā, & ſequitur me, non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ. tantùm in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. c 66.abc 111.d. ca. 70. b

¶ A. 11. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus, præcipiens 4 duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. (5 *Ioannes autem. cap.* 47.

C. Egreſsi autem circuibant per caſtella, euangelizantes & curantes vbique.

B. Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur.

1 *Vide*

1 *Vide titulum, & annotat. quartam cap.* 51.

2 *Marc. ſatis ſignificat antè fuiſſe electos & conſtitutos duodecim, & antè fuiſſe ordinatos, & accepiſſe poteſtatem, quam mitterentur & vterentur poteſtate, idem ſignificat etiã Matt. ante ſcilicet electos & conſtitutos, licet hanc miſsionem anticiparit. Dicit enim non facta mentione electionis duodecim autem Apoſtolorum nomina & cæ. veriſimile tamen eſt eos hic accepiſſe, ampliorem ſanandi & eijciẽdi dæmones poteſtatem, notandum verò uidetur eos, niſi miſſos non vſos poteſtate prius accepta.*

3 *Virga dicitur & quæ ſumitur ad defenſionem, & quæ ad corpus ſuſtinendum, hęc conceſſa, illa prohibita, quod videtur ibi reuocatum, vendat tunicam ſuam & emat gladium. Marc. ergò exponit quæ virga conceſſa ſit, vt & de ſandalijs, permiſſa enim fuerunt, quæ plantam tantum defendunt, qualibus & Dominus & Apoſtoli, vt pauperes illius regionis vtebantnr, calceamenta prohibita. Luc. ſequutus eſt* Matt.

4 *Satis conſtat pleraque eorum quæ hic narrantur, alijs locis & temporibus dicta, ſed ob cohęrẽtiam viſum eſt omnia hic relinquere.*

5 *vide titul. cap.* 47.

DECOLLATIO IOANNIS.

Non dubium quin decollatio ante pleraque ſuperiora contigerit, cum ob ea putaretur Ioannes reſurexiſſe,

rexiſſe, & dicat Luc. Ioannem ego decollaui, ſed quia neſcitur quādo ſit decollatus, & id narratur tantum occaſione famæ Ieſu, quàm Herodes audiuit, cum putaretur Dominus, eſſe Ioannes reſuſcitatus, hoc loco fuit conſtituenda. Et hinc etiam liquido intelligitur legationem poſt miſsionem non contigiſſe, licet ita narret Matt. ſed diu ante.

CAP. LVI.

B. 6. Et audiuit rex Hærodes.

¶ A. 14. In illo tempore audiuit Hærodes tetrarcha famam Ieſu.

B. Manifeſtū enim factū eſt nomen eius.

B. 1. Et dicebant.

C. 9. Audiuit autem Hærodes tetrarcha, omnia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eò quod diceretur à quibuſdam.

C. Quia Ioannes ſurexit à mortuis, à quibuſdā verò, quia Elias apparuit, ab allijs autem quia, propheta vnus de antiquis ſurexit, & ait Hærodes.

B. Quia Ioannes Baptiſta reſurexit à mortuis, & propterea virtutes operātur in illo. Alij autē dicebant, quia Elias eſt. Alij verò dicebant, quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis. Quo audito Hærodes, ait.

A. Et ait pueris ſuis.

C. Ioan

C. Ioannem ego decollaui, quis eſt autē iſte de quo ego talia audio.

B. Quem ego decollaui Ioannem hic à mortuis reſurexit. (2 *Ipſe enim cap. 22.*

A. 3 Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurexit à mortuis,& ideò virtutes operátur in eo. (2 *Hærodes enim. cap. 22.*

C. Et quærebat videre eum.

B. Et cum dies oportunus accidiſſet,

A. Die autem natalis Hærodis.

B. Hærodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis, & primis Galilææ (&)

A. Saltauit filia Hærodiadis in medio, & placuit Hærodi, vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo.

B. Cumque introiſſet filia ipſius Hærodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus, Rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad Regem, petiuit, dicens: Volo vt

A. At illa præmonita à matre ſua, Da mi

pro-

ſhi, inquit, hic in diſco caput Ioannis Baptiſtę. Et contriſtatus eſt Rex, propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dariſ, miſitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum eſt caput ei᷒ in diſco, & datum eſt puellæ, & illa attulit matri ſuæ. Et accedẽtes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud.

protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt Rex, propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes, noluit eã contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius ĩ diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. Quo audito diſcipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento.

A. Et venientes nunciauerunt Ieſu,[4] quod cum audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula, in locum deſertum ſeorſum.

1. *Aug. legit pluraliter & ſic maximè conſentit cũ Luc. qui videtur explicuiſſe Mar. immo legendum pluraliter fermè certo coſtat ex eo quod ſubdit* Mar. *Quo audito Herodes. vbi perſpicuum eſt eum prius non loqutum de Herode, ſed ijs qui Herodi narrabant.*

2. *Vide annot. primam cap. 22.*

3. *Hoc dicebat Herodes, non confirmata ſententia, ſed hęſitando & metuēdo, itaque in nullo diſſentit. Matt. a Luc.*
4. *Vide titul. cap. ſequentis.*

QVINQVE PANES.

Illud in fine ſuperioris ca. quod cum audiſſet Ieſus, non ad mortem Ioannis nunciatam referri debet, diu enim ante mortuus fuerat, adeò vt ob ſuperiora, Dominus exiſtimaretur Ioānes reſuſcitatus, ſed quod audierit Herodem arbitratū, Ieſum eſſe Ioannem reſuſcitatum, vt Matt. *interiecta nece & ſepultura Ioannis, redeat ad id vnde cœperat. Nam nec Græci legunt relatiuum, ſed tantum: Cum audiſſet Ieſus, ſcilicet quod Herodes arbitraretur Ieſum eſſe Ioannem reſuſcitatū, hanc enim exiſtimationem adfert* Matt. *vt cauſam ſeceſſus, quia tam diu ante narrauerat miſsionem, vt reditum Apoſtolorū non commodè poſſet adferre pro cauſa, vt faciunt* Mar. *&* Luc. *Non enim dubitari poteſt, quin ſit idem ſeceſſus, & quin hæc omnino cohæreant, fueritq́; præmittenda miſſio ante hanc famam & ſeceſſum, & proinde ante decollationem, quæ tantum huius famæ occaſione deſcribitur, omnes item hoc ordine & loco iſtud narrant.*

CAP. LVII.

B. 6. Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docue-

C. 9. Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcunq; fecerunt; & aſſumptis illis, ſeceſſit.

docuerant. Et ait illis. venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec ſpacium manducandi habebant. Et aſcendentes in nauim abierunt.

¶ D. 6. 1 Poſt hæc abijt Ieſus.

B. In deſertum locum ſeorſum.

C. Seorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaidæ.

C. Quod cùm cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum.

D. Trans mare Galilææ quod eſt Tyberiadis.

A. 14. Et cum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.

B. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedeſtres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

D. Et ſequebatur enm multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat, ſuper his qui infirmabantur. Subijt ergò in mõtem Ieſus, & ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha dies feſtus Iudæorum.

A. Et exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, &

B. Et exiens vidit turbam multã Ieſus, & miſertus eſt

ſuper eos:quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit eos docere multa.

curauit languidos eorum Veſpere autē facto acceſſerunt ad eū diſcipuli eius dicentes: deſertus eſt locus, & hora præterijt. Dimitte turbas, vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas.

C. Et excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, ſanabat, dies autē cœperat declinare.

B. Et cùm iam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius dicentes, deſertus eſt locus hic: & iam hora præterijt.

C. Et accedētes duodecim, dixerūt, illi.

C. Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villasq; quæ circa ſunt, diuertant & inueniant eſcas, quia hic in loco deſerto ſumus.

B. Dimitte illos. vt euntes ī proximas villas, & vicos, emāt ſibi cibos quos manducent; & reſpōdens ait illis: Date illis manducare.

A. Ieſus aūt dixit eis, non habent neceſſe ire, date illis vos manducare.

C. Ait illis: vos date illis manducare.

B. Et dixerunt ei: euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare.

D. Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad

eum,

eum dixit ad Philippum.3 Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpõdit ei Philippus 4 Ducentorum denariorum panes non ſufficiũt eis, vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. B. Et dixit eis, quot panes habetis? ite & videte, & cùm cognouiſſent.

C. At illi.
A. Reſponderũt ei nõ habemus hic niſi quinq; panes & duos piſces.
B. Dicunt quinque & duos piſces.

C. Dixerunt, non ſunt nobis pluſquam quinque panes & duo piſces, niſi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbam eſcas.

D. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic qui habet quinq: panes hordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? C. Erant autem ferè viri quinque milia. A. Qui ait illis: afferte mihi illos huc

A. Et cùm iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnũ, acceptis quinq; panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes.

B. Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundum contubernia ſuper viride fœnum.
C. Ait autem ad diſcipulos ſuos, facite illos diſcũ-

bere per conuiuia quinquagenos, & ita fecerũt.

D. Erat autem multum fœnũ in loco. Diſcubuerũt ergo viri numero quaſi quinque milia.

B In partes per centenos & quinquagenos.

D Accepit ergo Ieſus panem. Et cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebãt.

B. Et acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, intuens in cœlum, benedixit, & fregit panes & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerẽt ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus & manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

D Dicit ergò Ieſus facite homines diſcumbere.
B. Et diſcubuerunt.
C. Et diſcubuerunt omnes. Acceptis autem quinq; panib⁹ & duobus piſcibus, ſuſpexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerẽt ante turbas, & manducauerunt omnes. & ſaturati ſunt, & ſublatum eſt quod ſuper fuit illis fragmẽtorũ, cophini duodecim, (Et factum eſt cap. 66.
A. Diſcipuli autẽ turbis; & manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt, & tulerunt reliquias duodecĩ cophinos fragmentorũ plenos.

D. Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis, colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergò & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum,

rum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. B. Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecī cophinos plenos, & de piſcibus.

B. Erant autem qui manducauerunt, quinque milia virorum.

A. Manducantium autem fuit numerus[5] quinque milia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

D. Illi ergo homines, cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignū, dicebant quia hic eſt verè propheta qui venturus eſt in mundū.

1. Io *Non ſolet narrare ab aliis narrata, præſertim quæ facta ſunt in Galilæa, & id hic feciſſe videtur, vt ea occaſione ſubiiceret diſputationem de pane cœleſti deinde propoſitum eius fuiſſe videtur deſcribere Paſchata. Itaq; cùm tertio iſto Paſchate Dominus manſerit in Galilæa, quæ tēpore Paſchali ab eo geſta ſunt, deſcribit. Non tamen adeò ſollicitus fuit deſcribere Paſchata, & ea quę tempore Paſchali geſta ſunt. quam abditiora myſteria, & ea quæ maxime ad diuinitatem pertinerēt, quæ Dominus docuit & propoſuit fermè in ſolennitatibus, & potiſſimum Paſchalibus. Vt primo diuinitatem ſuam, licet occultius, & miniſterium mortis ſuæ, & baptiſmum inſtituit. Et ſecundo apertius ſe filium eſſe, qui eadem faciat quæ pater & cui idem honor debeatur qui patri & myſterium*

ſterium iudicij & vniuerſalis reſurrexionis docuit, ſeq; eum eſſe qui facturus ſit iudicium, ita & in hoc tertio etiam clarius ſuam diuinitatem, & myſterium Euchariſtiæ ac ſui manducandi & bibendi neceſſitatem oſtendit.

2. *Deſertum dicebatur Bethſaidæ, non quod ab eadẽ parte ripæ eſſet, ſed quod interiecto mari è regione eſſet, ideo ſatis perceperunt, qui eum abeuntem videbant, eum in deſertum illud ſecedere. itaque & eò properarunt, nam & pedeſtre iter erat nonnihil circumeundo, cùm Capharnaum eſſet in extremo ſtagni ſitum, & ſunt qui putent Apoſtolos ad Dominum redijſſe Caphar. quod tamen non eſt certum, immò veriſimilius eſt eos in locis vicinis Bethſaidæ ad Dominum redijſſe, ſed id videndum.*

3. *Dominus prius quaſi non aduertens ad difficultatem & multitudinem dicit date illis vos manducare, & poſtea quaſi aduertens & vrgens difficultatem & multitudinem accommodans ſe ſuorum diſcipulorum infirmitati & admirationi dicit Vnde ememus panes, itaq; nulla prorſus eſt diſſonantia.*

4. *Non ſignificat tantam eis fuiſſe pecuniã, ſed nec eam ſufficere, cum nullo modo tantam haberent, ideò etiam prius diſcipuli non aduertendo quã pecuniam haberẽt, dixerunt: emamus ducẽtis denarijs panes. Et veriſimile eſt Philippum eos monuiſſe, quod non haberent tantam pecuniam, & eũ maximè miratum fuiſſe, propterea Dominũ ei ſingulariter loquutum.*

5. *Græci etiam hic legunt quaſi ſeu ferme, non tamen*

men eſt neceſſe, non enim ſcriptura eſt anxiè ſollicita de certo numero.

IESVS SVPER MARE.

CAP. LVIII.

A. 14. Et ſtatim cõpulit Ieſus diſcipulos aſcẽdere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas, & dimiſſa turba, aſcẽdit in montẽ ſolus orare

B. 6. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretũ ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populũ, & cùm dimiſiſſet eos, abijt in montem orare.

D. 6. Ieſus ergo cùm cognouiſſet quod venturi eſſent vt raperent eum, & facerẽt eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus: vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, & cùm aſcendiſſent nauim, venerũt trans mare in Capharnaum: Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus, mare autem magno vento flante exurgebat.

A. Veſpere autẽ facto, ſolus erat ibi.

B. Et cùm ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

 A. Naui-

A. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.

B. Et videns eos laborantes in remigãdo, erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare.

A. Erat enim contrarius ventus Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans ſuper mare.

D. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinque, aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui fieri.

B. Et volebat præterire eos, At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim loqutus eſt cum eis, & dicit eis: cõfidite, ego ſum nolite timere.

A. Et videntes eum ſuper mare ambulantẽ, turbati ſunt dicentes: quia phantaſma eſt, & prę timore clamauerunt Satimque Ieſus loqutus eſt eis, dicens: habete fiduciam ego ſum, nolite timere.

D. Et timuerunt Ille autem dixit eis, ego ſum, nolite timere.

A. Reſpondens autem Petrus; dixit: Domine ſi tu es iube me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait: veni. Et deſcendens Petrus

trus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventũ validũ, timuit. Et cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manũ, apprehendit eũ, & ait illi, modicæ fidei, quare dubitaſti?

D. 3 Voluerunt ergo eũ accipere in nauĩ.

B. Et aſcendit ad illos in nauim.

B. Et ceſſauit ventus.

A. Et cum aſcendiſſet in uiculam, ceſſauit ventus.

D. Et ſtatim nauis fuit ad 2 terram ad quam ibant.

A. Qui aũt in nanicula erãt, venerunt & adorauerũt eũ, dicẽtes: verè filius Dei es.

B. Et plus magis inter ſe ſtupebãt, nõ enim intellexerãt de panibus, erat enim cor eorũ obcœcatũ. Et cum transfretaſſent, venerũt in terrã Geneſar, & applicuerũt, cũque egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerũt eum.

A. Et cũm transfretaſſent, venerũt in terram Geneſar.

A. Et cum cognouiſſent eũ viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionẽ illã, & obtulerũt ei omnes male habentes. &

B. Et percurrentes vniuerſam regionẽ illam.

B. Cœperunt in grabbatis eos qui ſe male habe-

le habebant, circunferre, vbi audiebant eũ eſſe. Et quocũq; introibat, in vicos, vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerẽt, & quotquot tangebãt eũ, ſalui fiebant. (*Et conueniunt cap. 60.*

A. Rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt. (Tunc acceſſerunt. cap. 60.

1. *Prius id iuſſerat, ſed admodum ſerum erat cum venirent ad mare.*
2. *Quod non proxime aut primo appulerit Capharnaum, intelligitur ex eo quod poſtea Io. dicit, & ſtatim nauis fuit ad terram ad quã ibant, nõ enim id de Caphar. dixiſſet, ſed quia Io. volebat nõ alia narrare, quàm quæ contigerant Capharnai, eoq; proficiſcebatur Dominus, non quidem recta, ſed per Bethſaidam & vicina loca, vt per terram Geneſar, ideò dicit eos cum aſcendiſſent nauim, veniſſe trans mare in Capharnaum.*
3. *Io. Non dicit eum non fuiſſe in naui, ſed quod vbi cum Petro aſcendiſſet, & vellent, vt ſolebant, cũ eo nauigare, ſimul ceſſaſſe ventum, & nauim appuliſſe. Significat enim Io. aliud miraculum, quod alij tacuerunt, quod ſcilicet ſubito appulerint.*

PANIS COELESTIS.

CAP.

CAP. LIX.

D. 6. Altera autem die, turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia alia nauicula non erat ibi, niſi vna, & quia non introiſſet cũ diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſci puli eius abijſſent. Aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Cùm ergò vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Ieſum. Et cùm inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus. & dixit: Amen amen dico vobis; quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim pater ſigna uit Deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Reſpõdit Ieſus & dixit eis. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. Dixerunt ergò ei. Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris?

Patres

Patres noſtri, manducauerunt manna in deſerto,ſicut ſcriptum eſt:panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergò eis Ieſus. Amen amen dico vobis. Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo: ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.Panis enim verus eſt,qui de cœlo deſcẽdit,& dat vitam mundo.Dixerunt ergò ad eum.Domine da nobis ſemper panem hunc.Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum, ſed dixi vobis, quia & vidiſtis me,& non credidiſtis. Omne quo dat mihi pater ad me veniet,& eũ qui venit ad me non eijciam foras, quia deſcendi de cœlo,non vt faciam voluntatem meam ſed voluntatem eius qui miſit me.Hæc eſt autem voluntas eius,qui miſit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo,ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die. Hæc eſt enim volũtas patris mei qui miſit me,vt omnis qui videt filium & credit in eum,habeat vitam æternã,& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Murmurabant ergò Iudæi de illo,quia dixiſſet, Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. Et

dice-

icebāt: Nonne hic eſt filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo deſcendi; Reſpondit ergò Ieſus, & dixit eis: Nolite murmurare inuicem. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic vidit patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitā æternā. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcēdens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, nō moriatur. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcēdi ſi quis mādaucauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Et panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita. Litigabāt ergò Iudæi ad inuicē, dicētes: Quomodo poteſt hic nobis carnē ſuam dare ad manducandū? Dixit ergò eis Ieſus. Amē amen dico vobis: Niſi mādaucaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non hebebitis

bitis vitam in vobis. Qui manducat meã
carnem, & bibit meum ſanguinem, habet
vitam æternam,& ego reſuſcitabo eum in
nouiſſimo die. Caro enim mea, verè eſt
cibus,& ſanguis meus verè eſt potus: qui
manducat meam carnem, & bibit meum
ſanguinem,in me manet,& ego in illo.Si-
cut miſit me viuens pater,& ego viuo pro
pter patrem,& qui manducat me; & ipſe
viuet propter me. Hic eſt panis qui de cœ
lo deſcendit,non ſicut manducauerunt pa
tres veſtri manna,& mortui ſunt: qui mã-
ducat hunc panem, viuet in æternum.
Hæc dixit in Synagoga, docẽs in Caphar
naum. Multi ergò audientes ex diſcipulis
eius, dixerũt: Durus eſt hic ſermo, & quis
poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus a-
pud ſemetipſum, quia murmurarẽt de hoc
diſcipuli eius, dixit eis.Hoc vos ſcandali-
zat,ſi ergò videritis filium aſcẽdentem vbi
erat prius. Spiritus eſt qui viuificat, caro
non prodeſt quicquam.Verba quæ ego lo
cutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt: ſed
ſunt quidam ex vobis qui nõ credunt:ſcie
bat enim ab initio Ieſus,qui eſſent creden
tes & quis eſſet eũ traditurus. Et dicebat,
pro-

propterea dixi vobis,quia nemo poteſt ve
nire ad me,niſi fuerit ei datũ à patre meo.
Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt
retro,& iam non cum illo ambulabāt.Di-
xit ergò Ieſus ad duodecim. Nunquid &
vos vultis abire?Reſpondit ergò ei Simon
Petrus. Domine ad quem ibimus? verba,
æternæ vitæ habes, & nos credimus & co-
gnouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei.
Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego vos duo-
decī elegi,& ex vobis vnus diabolus eſt?
Dicebat autem de Iuda Simonis Iſchario
tæ: hic enim erat traditurus eũ, cùm eſſet
vnus ex duodecim.

ILLOTAE MANVS.

Io *Dicit Dominum poſt ſuperiora verſatum in Galilæa, nec quicquam ſubdit in Galilæa factum, Mat. autem & Mar. iſtud proximè ſubijciunt, idq; cũ aliqua temporis ſignificatione, fuit igitur iſtud ſubijciendum, Nam & Phariſæi ideo Hieroſolymis veniſſe videntur (quanquam veriſimile eſt, hos fuiſſe nonnullos eorum qui Hieroſolymis ex Paſchate redirent domum) quod Dominus vt ſolebat, non veniſſet ad Paſcha, & hæc etiam cauſa eſt, cur Io. dicat eum manſiſſe in Galilæa, quod eo tempore ſoleret eſſe in Iudæa, hæc autem videntur contigiſſe Capharnai, non eſt tamen certum.*

CAP. LX.

¶ D. 7. Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæa, non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. (*Erat autem ca.* 72.

¶ A. 15. Tunc acceſſerunt ad eũ ab Hieroſolymis ſcribæ & Phariſæi.

¶ B. 7. Et conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam de ſcribis venientes ab Hieroſolymis. Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius communibus manibus, id eſt, non lotis, manducare panes, vituperauerunt. Phariſęi enim & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum: & à foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum, & æramentorum, & lectorum, & interrogabant eum Phariſæi & ſcribæ.

A. Dicentes, quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum, non enim lauant manus cùm panem manducant.

B. Quare diſcipuli tui non ambulãt iuxta traditionem ſeniorum.

B. Sed

B. At ille reſpondens, dixit eis.

B. Sed communibus manibus manducant panem.

A. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: quare & vos transgredimini mādatum Dei propter traditionem veſtram (*Nam Deus infra*.

A. Hypocritę bene prophetauit de vobis Eſaias, dicēs: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum, longè eſt à me. Sine autem cauſa colūt me: docētes doctrinas & mandata hominum. (Et conuocatis infra.

Nam Deus dixit, honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: quicunque dixerit patri, vel matri munus quod cūque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrē ſuū, aut matrē ſuā.

B. Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. In vanum autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominū. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum & calicū, & alia ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum feciſtis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit. Honora patrē tuum & matrem tuam: &

N qui

qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. vos autem dicitis. Si dixerit homo patri vel matri corban, quod eſt donum

Et irritum feciſtis mãdatum Dei propter traditioné veſtram. (Hypocritę ſupra.

quodcunque ex me, tibi profuerit, & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo vel matri, reſcindẽtes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis, & ſimilia huiuſmodi multa facitis.

Et aduocans iterum turbam, dicebat illis. Audite me omnes, & intelligite.

Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis. Audite & intelligite.

A. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

B. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eũ coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat.

A. Tunc accedẽtes Diſcipuli eius, dixerũt ei: Scis quia Phariſæi, audito hoc, verbo ſcandalizati ſunt. At ille reſpondens ait. Omnis plantatio qnam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cœ-

los, cœci ſunt, & duces cœcorum. Cœcus autem ſi cœco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Cap. 43. c.

B. Et cùm introiſſet domum, interrogabāt eum diſcipuli eius parabolam.

A. Reſpondens autem Petrus, dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis.

B. Et ait illis.

A. Nō intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Quæ autem procedūt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominē. De corde enim exeunt cogitationes malę. Homicidia adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

B. Sic & vos imprudentes eſtis, non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominem, non poteſt eum communicare, quia nō intrat in cor eius: ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum exit, purgãs omnes eſcas. Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant homines. Ab intus enim de corde hominū malæ cogitationes procedunt, Adulteria, fornicationes, homicidia, furta, falſa teſtimonia, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia, omnia hæc ma

la ab intus procedunt.

A. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem, non lotis autem manibus manducare, non coinquinant hominem.

C. Et communicat hominem.

1. *Mar. Videtur ſeruaſſe ordinem conuenientiorem, ideò narratio Matt. aliquantum eſt tranſpoſita.*

CANANAEA.

CAP. LXI.

A. 15. Et egreſſus inde Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.

B. 7. Et inde ſurgens, abiit in fines Tyri & Sidonis.

B. Et ingreſſus [1] domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere: mulier enim ſtatim, vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritum immundum.

A. Et ecce mulier Cananæa, à finibus illis egreſſa.

A. 2 Clamauit dicens ei: miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbũ. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eũ dicentes, Dimitte eam quia clamat poſt nos.

nos. Ipſe autem reſpondens ait. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ petierunt domus Iſrael. At illa venit.

B. 3 Introiuit, & procidit ad pedes eius, erat autem mulier gentilis, Syropheniſſa genere.

A. Et adorauit eum dicens. domine adiuua me.

B. Et rogabat eum vt dæmonium eijceret à filia eius. Qui dixit illi. ſine prius ſaturari filios. Non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa reſpondit & dicit illi, vtique domine. Nam & catelli comedũt ſub mẽſa de micis puerorum.

A. Quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

A Qui reſpondens ait Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus At illa dixit. Etiam Domine, nam & catelli eduntde micis.

B. et ait illis.

Tunc reſpondens Ieſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

B. Propter hunc ſermonem vade, exijt dæmonium à filia tua.

A. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

B. Et cũ abijſſet domum, inuenit puellã iacentem ſupra lectũ, & dæmoniũ exijſſe.

1 *Euangeliſtæ cùm faciunt mentionem domus abſolute, ſine circunſtantia loci, fermè intelligunt domum Capharnai, in quam ſe ſolebat recipere, ſed perſpicuum eſt, ex circunſtrntia, Mar. hic eam domum non intelligere.*

2 *Valde veriſimile eſt, mulierem primùm clamaſſe ante ianuam, & excitaſſe turbam, deinde etiam intraſſe.*

3 *Mar. Vtitur eodem verbo quo Matt. cum veniſſet, ſed quia fecerat mentionem domus; interpres vertit introiuit, & veriſimile eſt etiam introiſſe, & iſtud in domo contigiſſe.*

SVRDVS ET MVTVS, AC MVLTI ALII.

CAP. LXII.

A. 15. Et cùm tranſiſſet inde Ieſus venit ſecus mare Galilaeæ.

B. 7. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos, & adducunt ei ſurdum & mutū & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & Ait illi: Epheta quod eſt adaperire.

perire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius,& ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè,& præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo ampliùs admirabantur,dicentes:bene oĩa fecit:& ſurdos fecit audire,& mutos loqui, A. Et aſcendens in montem, ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum multos cœcos, claudos, debiles,& alios multos,& proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cœcos videntes, & magnificabant Deum Iſrael.

SEPTEM PANES.

CAP. LXIII.

A. 15. Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit; Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent quod manducent.

¶ B. 8. In diebus illis iterum cum turba multa eſſet, nec haberẽt quod mãducarent, conuocatis diſcipulis,ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me,

 nec ha-

B. 22 manducauerunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperfuerat, de fragmẽtis ſeptẽ ſportas; erant autem qui manducauerunt quaſi quatuor milia.

A. Et comederunt omnes & ſaturati ſunt, & quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptẽ ſportas plenas, erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominũ, extra paruulos & mulieres.

A. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam & venit.

B. Et dimiſit eos, & ſtatim aſcendens nauim cũ diſcipulis ſuis venit in partes Dalmanutha.

A. In partes Magedan.

SIGNVM DE COELO FERMENTVM PHARIRSAEORVM.

CAP. LXIIII.

B. 8, 22 exierunt Phariſæi,

¶ A. 16. Et acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi, tentantes.

A. 22 rogauerunt eum, vt ſignum de cœlo oſtẽderet eis.

B. Et cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eum.

A. At ille reſpondens, ait illis; Facto veſpere,

ſpere dicitis: ſerenum erit, rubicundum eſt enim cœlum. Et mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis.

B. Et ingemiſcens ſpiritu, ait; Quid generatio iſta ſignum quærit?

Ca.49.a c A. Generatio mala & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei.

B. Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum.

A. Niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt.

B. Et dimittens eos aſcendit iterum nauim & abijt trans fretum.

A. Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere.

B. Et niſi vnum panem nõ habebant ſecum in naui, & præcipiebat eis dicens; videte & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum, & fermento Herodis.

A. Qui dixit eis intuemini, & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.

A. At illi cogitabãt inter ſe dicentes: quia panes non

B. Et cogitabant ad alterutrum dicẽtes quia panes non ha

bemus, quo cognito, ait illis Ieſus; quid cogitatis qa panes nō habetis?

non accepimus, ſciens autem Ieſus, dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia penes uon habetis?

A. Nondum intelligitis.

B. Nondum cognoſcitis nec intelligitis, adhuc cœcatū habetis cor veſtrū. Oculos habētes, non videtis, & aures habētes non auditis.

B. Nec recordamini.

A. Neq; recordamini quinque panum & qninq; milium hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? nec ſeptem panum, & quatuor miliū hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis?

B. Quando quinque panes fregi in quinque milia, & quot cophinos fragmenrorū plenos ſuſtuliſtis? dicunt ei duodecim. Quando & ſeptē panes in quatuor milia quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei, ſeptem, & dicebat eis quomodo nondum intelligitis?

A. Quare nō intelligitis, quia non de pane dixi vobis cauete à fermento, Phariſæorum & Sadducæorū. Tunc intellexerunt, quia nō dixerit cauendū à fermēto panū, ſed à doctrina Phariſæorū & Saduceorū.

Coecvs in bethsaida.

CAP. LXV.

B. 8. Et veniunt Bethſaidam, & adducũt ei cœcum, & rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehẽſa manu cœci, eduxit eũ extra vicum. Et expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis, interogauit eum, ſi quid videret. Et aſpiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius & cœpit videre & reſtitutus eſt, ita vt clare videret omnia, Et miſit eum in domũ ſuam dicens: Vade in domum tuam, & ſi in vicum introieris. nemini dixeris.

Fides petri.

CAP. LXVI.

G. 9. Et factum eſt. cùm ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli,

B. 8. Et egreſſus eſt Ieſus, & diſcipuli ei⁹, in patres Cæſareæ Philippi, & in via interrogabat diſcipulos ſuos

A. 16. venit autem Ieſus in patres Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens. C. Et interrogabat eos dicens: quem me dicunt eſſe turbæ? At illi reſponderunt, & dixerũt:

os

Ioannem Baptiſtã alij autem Eliam, alij vero quia vnus Propheta de prioribus ſurexit. Dixit autem illis, vos autem quẽ me eſſe dicitis. Reſpondẽs Simon Petrus dixit Chriſtum Dei.

B. Quem me dicũt eſſe homines Qui reſponderunt ei, dicentes: Ioannem Baptiſtam. Alii Eliam, alii vero quaſi vnum de prophetis. Tunc dicit illis vos vero quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus ait ei; Tu es Chriſtus.

C. At ille increpãs eos, præcepit necui dicerent hoc, dicens quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus ſacerdotum & ſcribis, & occidi & tertia die reſurgere.

os dicens.
A quem dicunt homines eſſe filium hominis. At illi dixerunt Alij Ioannem Baptiſtam. Alij autem Eliam. Alij verò Hieremiam, autvnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus: vos autem quem me eſſe dicitis. Reſpondens Simon Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpõdẽs autẽ Ieſus dixit ei Beatus es Simõ, Bar iona quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebũt aduerſus eã. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis.

Tunc

Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, quod ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

B. Et cõminat⁹ẽ eis ne cui dicerẽt deillo.

A. Exinde cœpit Ieſus oſtenderediſcipulis ſuis, quia oporteret eũ ire Hieroſolymam & multa pati & reprobari à ſenioribus & ſcribis & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertiadie reſurgere.

B. Et cœpit docere eos. Quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à ſenioribus, & ſummis ſacerdotib⁹, & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere.

B. Et palam verbum loquebatur; & appræhendẽs eum Petrus, cœpit increpare eum.

A. Et aſſumens eũ Petrus cœpit increpare eum.

A. Dicens, abſit a te Domine, non erit tibi hoc.

B. Qui conuerſus, & videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro dicens.

A. Qui conuerſus dixit Petro.

A. Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominuw. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis.

B. Vade retro me ſatana, quoniã non ſapis quæ Dei ſunt ſed quę hominum.

B. Et conuocata turba cũ diſci-

A. Si qs vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tol

lat crucem ſuam, & ſequatur me, qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. B. Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. C Nam qui perdiderit animam ſuã propter me, ſaluam faciet illam.

B. Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentũ animę ſuæ faciat.

A. Qui autem perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eã Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur, animę vero ſuæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua.

C Nam qui me erubuerit, & meos ſermones.

diſcipulis ſuis dixit eis.

C. Dicebat autem ad omnes, ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuã quotidie, & ſequatur me. Ca.51.c.

Qui enim volet animam ſuam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Ca.55.a. 111.d.

B. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Euangelium, ſaluam faciet illam.

C. Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mũdum, ſemetipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat.

B. Aut quid dabit homo commutatiouis pro anima ſua. Qui enim me confuſus fuerit & verba mea, in generatioue iſta adultera & peccatrice. Ca.55.a. 84.c.

C. Hunc & filius hominis erubeſcet cùm venerit in

maieſtate

Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, quod ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.
B. Et cõminatꝰ ẽ eis ne cui dicerẽt deillo.
A. Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eũ ire Hieroſolymam & multa pati & reprobari à ſenioribus & ſcribis & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertiadie reſurgere.

B. Et cœpit docere eos. Quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à ſenioribus, & ſummis ſacerdotibꝰ, & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere.

B. Et palam verbum loquebatur; & appræhendẽs eum Petrus, cœpit increpare eum.

A. Et aſſumens eũ Petrus cœpit increpare eum.

A. Dicens, abſit a te Domine, non erit tibi hoc.
B. Qui conuerſus, & videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro dicens.

A. Qui conuerſus dixit Petro.

A. Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominuuı. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis.

B. Vade retro me ſatana, quoniã non ſapis quæ Dei ſunt ſed quę hominum.

B. Et conuocata turba cũ diſci-

A. Si qs vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tol

lat crucem ſuam, & ſequatur me, qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. B. Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. C Nam qui perdiderit animam ſuã propter me, ſaluam faciet illam.

B. Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentũ animę ſuæ faciat.

A. Qui autem perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eã Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur, animę vero ſuæ detrimentum patiatur, aut quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua.

C Nam qui me erubuerit, & meos ſermones.

diſcipulis ſuis dixit eis.

C. Dicebat autem ad omnes, ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuã quotidie, & ſequatur me. Ca. 51. c.

Qui enim volet animam ſuam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Ca. 55. a. 111. d.

B. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Euangelium, ſaluam faciet illam.

C. Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mũdum, ſemetipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat.

B. Aut quid dabit homo commutatiouis pro anima ſua. Qui enim me confuſus fuerit & verba mea, in generatioue iſta adultera & peccatrice. Ca. 55. a. 84. c.

C. Hunc & filius hominis erubeſcet cùm venerit in

maieſtate

ſum, & Ioannem.
A. Et ducit illos in mõtem excelſum ſeorſum.

B. Et ducit illos in mõtẽ excelſum ſeorſum ſolos.
C. Et aſcendit in mõtem vt oraret, & facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera.

B. Et transfiguratus eſt coram eis.
C. Et veſtitus eius albus & refulgens
A. Veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cũ eo loquentes. Reſpondẽs autem Petrus, dixit ad Ieſũ, Domine bonũ eſt nos hic eſſe ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnũ.

A. Et tranſfiguratus eſt ãte eos, & reſplenduit facies eius ſicut ſol.
B. Et veſtimẽta eius facta ſunt ſplendẽtia, & cãdida nimis velut nix, qualianõ poteſt fullo ſuper terram candida facere. Et apparuit illis Elias cum Moyſe.
C. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autẽ Moyſes & Elias viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalẽ. Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erãt ſomno. Et euigilantes viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo. Et factum eſt cũ diſcederẽt ab illo, ait Petrus

B. Et erant loquentes cum Ieſu. Et reſpondẽs Petrus ait Ieſu. Rabbi bonum eſt nos hic eſſe. Et faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, &

O ad

ad Ieſum. Præceptor bonum eſt nos hic eſſe. Et faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnum Eliæ.

Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

B. Nō enim ſciebat quid diceret, erant enim timore exterriti.

C. Neſciens quid diceret.

A. Adhuc eo loquēte ecce nubes lucida obumbrauit eos.

C. Hæc autem illo loquēte, facta eſt nubes, & obūbrauit eos, & timuerūt intrantibus illis nubem.

B. Et facta eſt nubes obumbrans eos, & venit vox de nube dicēs. Hic eſt filius meus chariſſimus, audite illū.

A. Et ecce vox de nube dicēs, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipſū audite.

C. Et vox facta eſt de nube dicens, hic eſt filius meus dilectus, & ipſum audite.

C Et dū fieret vox, inuētus eſt Ieſus ſolus.

A. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè. Et acceſſit Ieſus & tetigit eos. dixitque illis: ſurgite, & nolite timere, leuantes autem oculos ſuos.

B. Et ſtatim circumſpiciētes, neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantùm ſecum. Et deſcendentibus

A. Neminem viderūt niſi ſolū Ieſum, & deſcendentibus illis de monte præcepit illis Ieſus.

illis

lis de monte, præcepit illis, ne cuiquam qnod vidiſſent, narrarent, niſi cùm filius hominis à mortuis reſurrexerit.

A Dicens, nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.

C. Et ipſi timuerunt, & nemini dixerunt illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

B. Et verbum continuerunt apud ſe conquirentes, quid eſſet, cùm à mortuis reſurexerit.

B. Et interrogabãt eum, dicẽtes: quid ergò dicunt Phariſæi & ſcribæ, quod Eliã oporteat venire primùm? Qui reſpondens, ait illis: Elias.

A. Et interrogauerunt eũ diſcipuli, dicẽtes: quid ergò Phariſæi & ſcribæ dicunt quod oporteat Eliam primum venire. At ille reſpõdens, ait illis: Elias quidẽ venturus eſt, &

A. Reſtituet omnia.

B. Cùm venerit primo reſtituet omnia, & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur.

B. Sed dico vobis quia & Elias venit & fecerũt illi quęcunq; voluerunt.

A. Dico autẽ vobis, quia Elias iam venit & nõ cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt.

B. Sicut ſcriptum eſt de eo.

A. Sic & filius hominis paſſurus eſt abeis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioãne Baptiſta dixiſſet eis.

1 *Luc. dicit ferè octo, quia poſt ſex integros et duorum extremorum aliquam partem.*

2 *Hinc ſatis conſtat ſcribas & Phariſæos autores fuiſſe necis Ioannis.*

DAEMONIVM.

CAP. LXVIII.

C. 9. Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte.

B, 9. Et veniens ad diſcipulos ſuos vidit turbam magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt, & occurrentes ſalutabant eũ, & interrogauit eos: quid inter vos conquiritis?

COccurrit illi turba.

C. Et ecce vir de turba exclamauit dicens. Magiſter obſecro te reſpice in filium meum, quia vnicus eſt mihi.

B. Et reſpondens vnus de turba dixit. Magiſter.

A. 17. Et cùm veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum

ad eum homo genibus prouolutus ante eũ dicens. Domine miſere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur, nam ſæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.

B. Attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum, qui vbicunq; eum apprehẽderit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dẽtibus, & areſcit.

C. Et ſubito clamat, & illidit, & diſſipat eum cũ ſpuma, & vix diſcedit, dilaniãs eũ. Et rogaui diſcipulos tuos, vt eijcerẽt illud, & nõ potuerunt. Reſpondens autẽ Ieſus dixit. o generatio incredula & peruerſa.

B. Quãdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illũ ad me! Et attulerũt. Et cùm vidiſſet eũ, ſtatim ſpiritus cõturbauit illũ & illiſus ĩ terrã volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrẽ eius, quantum temporis eſt ex quo ei hoc

C. Et ecce ſpiritus apprehendit eum. B. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerẽt illum, & nõ potuerunt. Qui reſpondẽs dixit, o generatio incredula.

A. Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Reſpondens autẽ Ieſus ait: O generatio incredula & peruerſa, quouſq; erò vobiſcum, vſquequò patiar vos afferte huc illum ad me.

C. Vſquequò ero apud vos, & patiar vos. Adduc huc filium tuum. Et cùm accederet illiſit eũ dæmonium, & diſſipauit.

accidit? at ille ait ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquam miſit, vt eũ perderet, ſed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autẽ ait illi. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cõtinuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm vidiſſet Ieſus concurrentem turbã, comminatus eſt ſpiritui immundo dicẽs illi: Surde & mute ſpiritus ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eũ Et multum diſcerpens eum exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius eleuauit eum, & ſurrexit.

A. Et increpauit illum Ieſus, & exijt ab eo dæmonium.

C. Et increpauit Ieſus ſpiritum immũdum, & ſanauit puerum.

A. Et curatus eſt puer ex illa hora.

C. Et reddidit illum patri eius, ſtupebant, autem omnes in magnitudine Dei.

B. Et cùm introiſſet in domum.

A. Tunc acceſſerunt ad Ieſũ diſcipuli ſecreto, & dixerũt quare nos non potuimus eijcere eum, Dixit

B. Diſcipuli ſecreto interrogabant, eum, quare nos nõ potuimus eijcere eum. Et dixit illis

Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.

illis Ieſus, propter incredulitatem veſtrã. Amẽ quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſynapis, dicetis mõti huic trãſi hinc, & trãſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur, niſi per orationem & ieiunium. C. 11 21 d. 97. c.

PRAEDICTIO MORTIS.

DIDRAGMA.

Mar. ſignificat iam dominum fuiſſe in itinere ad relinquendam Galilęam. Et quod Matt dicit cõuerſantibus, id eſt cũ adhuc ibi eſſent iam ſcilicet relinquentes eam. Nec veniebant Capharnaum quaſi domum, ſed prætergredientes tantum, vt ſupra aliquoties. Videtur enim habitationem reliquiſſe ab egreſſu quo profectus eſt Nazareth, ac ex eo ſemper Dominus eſt peregrinatus.

CAP. LXIX.

B. 9. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat quenquam ſcire. A. 17. Cõuerſantibus autẽ illis in Galilæa: C. 9. Oĩbuſq; mirãtibus in oĩbus quę faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos. Ponite vos in cordib⁹ veſtris ſermones iſtos, fili⁹ eñ hominis futurũ eſt vt tradatur ĩ man⁹ hõum:

B. Docebat autē Diſcipulos ſuos, & dicebat illis: quoniā filius hominis tradetur in manus hominū, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget.

A. Dixit illis Ieſus Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget.

C. At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatū ante eos, vt non ſentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc verbo.

B. At illi ignorabant verbum & timebant interrogare eum.

A. Et contriſtati ſunt vehementer.

B. Et venerunt Capharnaum.

A. Et cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didragma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei. Magiſter veſter non ſoluit didragma. Ait etiam. Et cum intraſſet in domum præuenit eum Ieſus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges gentiū à quib⁹ accipiūt tributū vel cenſum, à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij: vt aūt non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te.

Adhuc videtur in eadem domo diuerſatus.

CAP. LXX.

C. 9. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis eorum.

B. 9. Qui cùm domi eſſet interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi [1] tacebant, ſiquidem in via inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet & reſidens vocauit duodecim.

¶ A. 18. In illa [2] hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: quiſputas maior eſt in regno cœlorum.

B. Et ait illis: ſi quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter.

C Apprehendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe, & ait illis.
A. ſtatuit eum in medio eorum, & dixit.

A. Et aduocans Ieſus paruulnm.

B. Et accipiens puerum, ſtatuit eum in medio eorum, ſecus ſe quem cùm complexus eſſet, ait illis.

A. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis c.104.a b 133.c

bitis in regnum cœlorum: quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum.

B. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit.

C. Nam qui minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt. Reſpondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo, eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum quia non ſequitur nobiſcum, & ait ad illos Ieſus: nolite prohibere.

C. quicunq; ſuſceperit puerum iſtū in nomine meo, me recipit, & quicunq; me receperit, recipit eum qui me miſit.

A. Qui ſuſceperit vnum paruulum talē in nomine meo, me ſuſcipit.

B. Reſpondit illi Ioannes, dicēs; Magiſter vidimus quē dā in nomine tuo eijcientē dæmonia qui nō ſequitur nos; & prohibuimus eūm Ieſus autem ait: nolite prohibere eum.

B. Nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti

C. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro uobis eſt. (Factum eſt. cap. 62.

Ca. 55. a

Chriſti eſtis. Amen dico vobis,nō perdet mercedem ſuam. Et quiſquis ſcandalizauerit vnū ex his puſillis credentibus in me,bonum eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius & in mare mitteretur.

A. Quiſquis autem ſcādalizauerit vnū de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei; vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius.

A. Et demergatur in profundum maris. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala · veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit.

B. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illā. Bonum eſt tibi debilem introire in vitā, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcandalizat te,amputa illum, bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorū non moritur, & ignis

A. Si autem man' tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & proijce abs te. Bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignē æternum.

ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat, te, eijce eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis; ubi vermis eorum non mori-

A. Et ſi oculus tu' ſcandalizat te, crue eum, & proijce abs te. Bonum tibi eſt vnum oculum habẽtem in vitam intrare, quà duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

ca. 41. a tur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. Bonũ eſt ſal, quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud cõdietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. (*Et inde. cap. 72.*

A. Videte ne contemnatis vnũ ex his puſillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorũ in cœlis, ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Venit enim filius homi-
ca. 93. c nis ſaluare quod perierat. Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? & ſi contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis; quia gaudet ſuper eam magis quàm ſuper nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic non

eſt vo-

eſt voluntas ante patrem veſtrum qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

1. *Veriſimile eſt diſcipulos primum tacuiſſe, deinde etiam interrogaſſe, non de ſe, ſed in vniuerſum, quiſputas &c. vt Luc. cogitationem Marc. diſputationem, Matt. interrogationẽ adferat, niſi Matt. dicat eos interrogaſſe, quod id cuperent, vel quod Dominus ea de re non dixerit, niſi quia ab Apoſtolis id erat deſputatum & mota quæſtio.*

2. *Non dubium quin Petrus adſuerit cùm hæc agerentur, non enim tam diu abſuit ad piſcandum & ſoluendum didragma, quin eadem hora adeſſe potuerit, aut certè non eſt adeò præciſe, eadem hora vrgenda cum fermè ſumatur pro illo tempore.*

CONDONANDVM.

CAP. LXXI.

A. 18. Si aũt peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnũ aut duos teſtes, vt in ore duorum aut trium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi

ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? Dixit illi Ieſus. Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem ſeruus ille, orabat eũ dicẽs: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus

ſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens, ſuffocabat eum dicens. Redde quod debes; & procidens conſeruus eius, rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed ab jt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit eum dominus ſuus, & ait illi. Serue nequam, omne debitum remiſi tibi quia rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus; quoaduſq; redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

RECESSVS E GALILAEA.

Matt. Et Mar. dicunt Dominũ è Galilæa receſſiſſe, & veniſſe in fines Iudææ trans Iordanem, non quod è Galilæa

Galilæa proxime eò ierit, ſed quia nullius aſcẽſus ī Hieruſalem meminiſſe voluerunt, niſi quo aſcendit moriturus. Ergò Dominus è Galilæa aſcendit Hieruſalem ad feſtum ſcœnophegiæ, & inde poſt feſtum enceniorum, venit in fines Iudææ. Nam eundem eſſe receſſum è Galilæa, de quo Matt. Mar. & Io. faciunt mentionem, inde conſtat quod Matt. & Marc. apertè loquuntur de vltimo receſſu è Galilæa ante mortem, & de eodem etiam Io. prius enim ſignificauit Dominum in Galilæa manſiſſe, quia volebant eum Iudæi interficere, & poſt hunc aſcenſum ad feſtum ſcœnophegiæ, nullum amplius deſcribit reditum in Galilæam, cùm tamẽ id ante ſtudioſe fecerit, & ſatis apparet ex continuatione narrationis Dominum ſemper poſtea verſatum in Iudæa. Et licet Luc. dicat Dominum firmaſſe faciem vt iret in Hieruſalem, ſine dubio moriturus, ſignificat tamen hunc ipſum è Galilæa receſſum. Dicit enim eum pertranſiſſe Samariã, quod non fecit niſi è Galilæa, eamque relinquens. Iam ergo nunc firmauit ſe, vt iret in Iudæam & Hieruſalem moriturus, non tamen id contigit primo acceſſu in Hieruſalem, iam relicta Galilæa, ſed tertio, quem iam tum ſpectabat Dominus, ex eo ſemper verſaturus in Iudæa. Sed Luc. vt Matt. & Marc. ſolius poſtremi aſcenſus in Hieruſalem facit mentionem, ideo tam multa deinceps congerit & toties facit mentionem aſcenſus in Hieruſalem.

CAP.

CAP. LXXII.

B. 9. Et inde exurgens. (venit. ca 92.

¶ A. 19. Et factũ eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa. (*Et venit. cap.* 92.

D. 7. Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum ſcœnophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Tranſi hinc & vade in Iudæam: vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippè in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis; manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eũ. Dixit ergò eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo; quod opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego enim nõ aſcendam ad diem feſtum iſtum, quia meum tempus nondũ impletum eſt. Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtũ, non [1] manifeſte, ſed quaſi in occulto. (*Iudæi ergo. cap.* 74.

C. 9. Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalem. Et 2 miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. Cùm vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos. Et conuerſus, increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare, & abierunt in aliud caſtellum. (3 *Factum eſt. cap.* 30.

1. *Hoc ipſum eſt, quod ante dixit. Mar. & prætergrediebantur Galilæam, nec volebant quenquam ſcire.*
2. *Miſſio hæc non pertinuit ad celebritatem, aut vt eſſet perſpicua aſcenſio, ſed potiùs ad occultandum; atq; ideò etiam vitauit iter commune.*
3. *Vide annot. ſecund. cap.* 30.

DECEM LEPROSI.

Quia vt ſupra habitum eſt, Dominus non rediit in Galilæam

Galilæam poſt ſuperiorem receſſum, certum eſt iſtud hoc loco collocandum. Non enim iſtud contigit, cum alias Dominus tranſiret per Samariam, ſed cum iam poſtremo per Samariam relinqueret Galilæam, poſtea enim non tranſijt per Samariam.

CAP. LXXIII.

C. 17. Et factum eſt, dum iret in Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam, & cùm ingre ereтur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri, quos vt vidit, dixit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irēt, mundati ſunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce, magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei, & hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi, ſurge, vade, quia fides tua te ſaluum fecit. (*Interrogatus autem. cap. 97.*

SCOENOPHEGIA.

CAP. LXXIIII.

D. 7. Iudæi ergò quærebant eum in die feſto, & dicebant: vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de illo, quidam enim dicebant quia bonus eſt. Alij autem dicebant, non: ſed ſeducit turbas, nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum; & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus, & dixit; mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquor. Qui à ſemetipſo loquitur, propriam gloriam quærit, qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt. Nònne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ. Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes; quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus & dixit eis:

Vnum

Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circuncīſionē, non quia ex Moyſe eſt; ſed ex patribus. Et in ſabbato circunciditis hominem. Si circunciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini quia totum hominem ſanū feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem; ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergò quidam ex Hieroſolymis. Nònne hic eſt quem quærunt interficere? Ecce palàm loquitur & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus; ſed hunc ſcimus vnde ſit. Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergò Ieſus in templo, docens, & dicens: Et me ſcitis, & vnde ſim, ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quē vos neſcitis. Ego ſcio eum, & ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Quærebant ergò eū apprehendere, & nemo miſit in eum manus quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant. Chriſtus cùm venerit, nunquid

Plura ſigna faciet,quam quæ hic facit.Audierũt Phariſæi turbã murmurantemde illo hæc.Et miſerũt Principes & phariſæi miniſtros,vt apprehenderent Ieſum.Dixit ergò Ieſus. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum,& vado ad eũ qui me miſit.Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego ſum vos nõ poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos. Quo hic itur⁹ eſt,quia nõ inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt,& docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ dixit,quæretis me & non inuenietis , & vbi ego ſum vos nõ poteſtis venire. In nouiſsimo aũt diemagno feſtiuitatis , ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit veniat ad me , & bibat. Qui credit in me,ſicut dicit Scriptura:Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aũt dixit de ſpiritu , quẽ accepturi erant credẽtes in eũ. Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nõdum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cùm audiſſent hos ſermones eius , dicebãt : Hic eſt verè propheta. Alij dicebãt,hic eſt Chriſtus. Quidã aũt dicebant. Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne Scriptura dicit,

tit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleē caſtello, vbi erat Dauid venit Chriſtus? Diſſentio itaq; facta eſt in turba propter eum. Quidā aūt ex ipſis volebāt apprehendere eum: ſed nemo miſit ſuper eum manus. Venerunt ergò miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, & dixerunt eis illi: quare non adduxiſtis illum, Reſponderunt miniſtri. Nunquam ſic loquutus eſt homo ſicut hic homo. Reſponderunt ergò eis Phariſæi. Nunquid & vos ſeducti eſtis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos. Ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis. Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat. Reſponderunt & dixerunt ei. Nuuquid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non ſurgit, & reuerſi ſunt vnuſquiſq; in domum ſuam.

MVLIER ADVLTERA.

CAP. LXXV.

¶ D. 8. Ieſus autem perrexit in montem

dicens. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ Dixerunt ergo ei Phariſæi. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo: verum eſt teſtimonium meum; quia ſcio vnde veni, & quo vado. vos autem neſcitis vnde venio, aut quo vado. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſciptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verũ eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater. Dicebant ergò ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus. Neque me ſcitis, neque patrem meum. Si me ſciretis, forſitã & patrem meum ſciretis. Hæc verba loquutus eſt Ieſus in Gazophilatio docens in templo, & nemo apprehendit eũ, quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo eis iterum Ieſus. Ego vado & quæretis me, & iu peccato veſtro moriemini?

Quo

Quo ego vado, vos non poteſtis venire Dicebant ergò Iudæi,nunquid interficiet ſemetipſum?quia dicit quo ego vado,vos non poteſtis venire.Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſt.s, ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergò vobis,quia moriemini in peccatis veſtris ſi enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.Dicebāt ergò ei.Tu quis es? Dixit eis Ieſus.Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare: Sed qui miſit me verax eſt,& ego quæ audiui ab eo,hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Ieſus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum,& à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater hæc loquor. Et qui me miſit mecum eſt,& non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt illi facio ſemper. Hæc illo loquente multi crediderunt in eū. Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei Iudæos. Si vos māſeritis in ſermone meo,verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem,& veritas liberabit

vos.

vos.Reſponderunt ei. Semen Abrahæ ſu-
mus, & nemini ſeruiuimus vnquam:quo-
modo tu dicis,liberi eritis? Reſpondit eis
Ieſus. Amen amen dico vobis,quia omnis
qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſer
uus autẽ nõ manet in domo in æternum,
filius aũt manet in domo in in æternũ. Si
ergo vos filius liberauerit, verè liberi eri-
tis.Scio quia filij Abrahæ eſtis,ſed quæri-
tis me interficere,quia ſermo meus nõ ca
pit in vobis. Ego quod vidi apud patrem
loquor, & vos quod vidiſtis apud patrem
veſtrum,facitis.Reſponderunt & dixerunt
ei. Pater noſter Abraham eſt. dicit eis Ie-
ſus: Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ fa
cite. Nunnc autem quæritis me interfice-
re, hominem qui veritatem vobis loquu-
tus ſum, quam audiui à Deo,hoc Abrahã
non fecit, vos facitis opera patris veſtri.
Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione
non ſumus nati, vnum patrem habemus
Deum.Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater
veſter eſſet,diligeretis vtiq; me,ego enim
ex Deo proceſſi & veni, neq; enim à me-
ipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loque
lam meam non cognoſcitis?quia non po-
teſtis

teſtis audire ſermonem meum. Vos ex pa tre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, vobis, quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Reſpõderunt ergò Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmònium habes.. Reſpondit Ieſus. Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrẽ meum, & vos inhonoraſtis me: Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æter num Dixerũt ergò Iudæi, nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & prophetæ: & tu dicis, ſi quis ſermonem meũ ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre noſtro

Abraham

Abraham qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt: Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt, eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum. ego autem noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diē, meū vidit, & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret ego ſum. Tulerunt ergò lapides vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe & exiuit de templo.

Coecvs natvs.

CAP. LXXVII.

¶ D.9. Et præteriens Ieſus vidit hominē cœcum à natiuitate, & interrogauerunt eum diſcipuli ſui. Rabbi quis peccauit, hic an parentes eius vt cœcus naſceretur? Reſpondit Ieſus. Neque hic peccauit

neque parentes eius,ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt, venit nox quando nemo poteſt operari. Quàm diu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hæc cùm dixiſſet,expuit in terram,& fecit lutũ ex ſputo,& liniuit lutũ ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, laua, in natoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abijt ergo, & lauit,& venit videns. Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant:nonne hic eſt qui ſedebat,& mẽdicabat? Alij dicebant,quia hic eſt.Alij autem nequaquam,ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, quia ego ſum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit.Ille homo qui dicitur Ieſus,lutum fecit & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natoriam Siloæ, & laua. Et abij, & laui,& vidi. Et dixerunt ei,vbi eſt ille? Ait neſcio. Adducunt eum ad Phariſæos qui cœcus fuerat. Erat autem ſabbatum quãdo lutum fecit Ieſus,& aperuit oculos eius. Iterum ergò interrogabant eum Phariſæi, quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutum mihi poſuit ſuper oculos,& laui, &

ui, & video. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam. Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant, quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſciſma erat inter eos. Dicunt ergo cœco iterum. Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta eſt. Non crediderunt ergò Iudæi de illo, quia cœcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerunt parẽtes eius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cœcus natus eſt, quomodo ergò nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius & dixerunt. Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cœcus natus eſt, quomodo autem nunc videat, neſcimus, aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſum interrogate, ætatẽ habet ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebãt Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret, propterea parentes eius dixerũt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergò rurſum hominem qui fuerat cœcus, & dixerunt ei.

Da glo-

Da gloriã Deo nos,ſcimus quia hic homo
peccator eſt. Dixit ergò eis ille: Si pecca-
tor eſt,neſcio vnũ,ſcio,quia cœcus cùm eſ
ſem,modò video. Dixerũt ergo illi: Quid
fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?
Reſpondit eis. Dixi vobis iam,& audiſtis,
quid iterum vultis audire?nunquid & vos
vultis diſcipuli eius fieri?Maledixerunt er
gò ei,& dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis,
nos autem Moyſi diſcipuli ſumus, nos
ſcimus quia Moyſi loquutus eſt Deus,hũc
autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille
homo,& dixit eis:In hoc enĩ mirabile eſt,
quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit ocu-
los meos. Scimus autem quia peccatores
Deus non audit,ſed ſi quis Dei cultor eſt
& voluntatem eius facit,hunc exaudit. A
ſæculo non eſt auditum,quia quis aperuit
oculos cœci nati,niſi eſſet hic à Deo non
poterat facere quicquam. Reſponderunt,
& dixerunt ei: In peccatis natus es totus.
& tu doces nos? Et eiecerunt eum foras,
Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras,
& cùm inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis
in filium Dei?Reſpõdit ille,& dixit, Quis
eſt Domine, vt credam in eum? Et dixit
ei Ie-

ei Ieſus. Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt. At ille ait. Credo domine, & procidens adorauit eum. Et dixit ei Ieſus. in iudiciũ ego in hunc mundũ veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cœci fiant. Et audierunt quidam ex Phariſæis, qui cũ ipſo erant, & dixerunt ei, nũquid & nos cęci ſumus? Dixit eis Ieſus. Si cœci eſſetis, non haberetis peccatũ, nunc verò dicitis, quia videmus, peccatũ veſtrũ manet.

VERVS PASTOR.

CAP. LXXVIII.

¶ D· 10. Amen amen dico vobis, qui nõ intrat per oſtium in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocẽ eius audiũt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cũ proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues eum ſequntur, quia ſciũt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia nõ nouerũt vocem alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis Ie-

ſus. Illi autem non cognouerunt qui loquererur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus. Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium, omnes quotquot fuerunt, fures ſunt & latrones, ſed nõ audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. & ingredietur, & egredietur & paſcua inueniet. Fur non venit niſi vt furetur, & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercennarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum veniẽtem. & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. Mercennarius autẽ fugit, quia mercennarius eſt & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile, & vnus paſtor. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meum, vt

iterum

iterum ſumam eam· Nemo tollit eã à me, ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Diſſentio iterum facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos. Dicebant autẽ multi ex ipſis. Dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. Nunquid poteſt dæmonium cœcorum oculos aperire? (*Facta ſunt. cap. 92.*

MISSIO SEPTVAGINTA.

Iſtud contigiſſe poſt feſtum tabernaculorum, inde vtcunque conſtat, quod Luc. dicat poſt hæc, præceſſit autem quibusdam interpoſitis aſcenſus in Hieruſalem, qui vt ex Io. conſtat, fuit ad feſtum tabernaculorum. Nec poteſt contigiſſe poſt feſtum enceniorum, quia nimis breue tempus fuiſſet vſque ad paſſionem ſed ab illo feſto vſq; ad paſſionẽ aliquot menſes intercceſſerunt, quibus eſt Dominus conuerſatus in Iudæa, et eius finibus, vt commodè fieri potuerint quæ ſequuntur, quæ poſt encænia commodè fieri non potuerunt. Idem oſtendit cohærentia, diſputauit enim tum de verò paſtore, nunc mittit prædicatores.

CAP. LXXIX.

¶ C. 10. Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locũ quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis: meſſis quidem multa operarij autem pauci. Rogate ergò Dominũ meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuã. Ite, ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos, nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per
ca. 25. a viam ſalutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis, primùm dicite, pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra, ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos exeuntes in plateas eius dicite, etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote qui appropinquauit regnũ Dei. Dico vobis, quia Zodomis,

in die illo remiſſius erit quã illi ciuitati.

A 1 11. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia nõ egiſſent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone, factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum nunquid vſq; in cœlum exaltaberis, vſq; in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij quã tibi.

C. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſet virtutes quę factæ ſunt in vobis olim in cilicio & cinere ſedentes pęnitérẽt, veruntamẽ Tyro & Sydoni remiſſius erit in iudicio quam vobis. Et tu Capharnaũ vſq; ad cœlum exaltata, vſque ad infernum demergeris.

C. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cum gaudio, dicẽtes: Domine etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in

nomine tuo. Et ait illis: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcãdi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur, gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto. &

A. In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, & nemo nouit filium, niſi pater neq; patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit, filius reuelare.

C. Dixit, confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, qa abſcondiſti hęc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, etiã pater, quoniã m ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſũt à patre meo, & nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater. & quis ſit pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiã vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcidite à me quia mitis ſum, & humilis corde,

corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. (3 *In illo tempore, cap.* 38. C. Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati oculi q vidét quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quę vos videtis, & nõ viderũt, & audire quæ auditis, & nõ audierũt

1 *Vix dubitari poteſt, quin iſta exprobatio iſto loco contigerit, ideò narratio Matt. huc eſt tranſlata.*
2 *Non dubium etiam quin hæc nunc contigerint, ideo narrationem Matt. huc tranſtulimus.*
3 *Vide eo loco.*

SAMARITANVS.

Iſtud non videtur hic contigiſſe, ſed coram populo, & forte in ſynagoga, tamen quia non conſtat quando contigerit, hic relinquendum vt Luc. narrat.

CAP. LXXX.

C. 10. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans eum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt, quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto cor

de tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus virib⁹ tuis, & ex omni mẽte tua, & proximum tuũ ſicut te ipſum. Dixitq; illi: Rectè reſpondiſti, hoc fac, & viues. Ille autẽ volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: & quis eſt meus proximus? ſuſpiciẽs autẽ Ieſus dixit: Homo quidã deſcendebat ab Hieruſalẽ in Hierico, & incidit ĩ latrones, qui etiam deſpoliauerunt eũ, & plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit autem, vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo eo, præteriuit: ſimiliter & Leuita, cùm eſſet ſecus locũ & videret eũ, pertranſijt. Samaritanus autẽ quidam iter faciens venit ſecus eum, & videns eũ miſericordia motus eſt: & appropriãs alligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinum, & imponens illũ in iumentum ſuũ, duxit in ſtabulũ, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait. Curam illius habe, & quodcũq; ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddã tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe, illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiam in illũ, & ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter.

Mar-

Iſtud cum præcedenti videretur poſſe commodius poni ante feſtum ſcænophegiæ, quia veriſimile eſt iſta contigiſſe eunte Domino ad feſtum, ſed quia nihil certi eſt, aut quod vrgeat non fuit interrumpenda narratio Luc.

CAP. LXXXI.

C. 10. Factum eſt autem dum iret, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum, & mulier quędam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium, quæ ſtetit & ait: Domine nō eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergò illi, vt me adiuuet. Et reſpōdens, dixit illi Dominus. Martha Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

ORATIO.

Omnino veriſimile eſt, hic traditam orandi formam Matt. autem, vt multa quæ alias contigerūt, etiā iſtud

iſtud ſermoni in monte coniunxit, niſi malis etiam hic traditam orandi formam, rogatu alicuius ex ſeptuaginta qui illi ſermoni non interfuerat.

CAP. LXXXII.

¶ C. 11. Et factum eſt cum eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum. Domine doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos
ca. 42. a. ſuos. Et ait illis: Cum oratis, dicite. Pater ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſi quidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis, & ne nos inducas in tentationē. Et ait ad illos: Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens, dicat. Noli mihi moleſtus eſſe. Iam oſtium clauſum eſt, & pueri mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis. Et ſi non dabit illi ſurgens eo

quod

quod amicus eius ſit; propter improbita-
tem tamen eius ſurget, & dabit illi quot-
quot habet neceſſarios. Et ego dico vo-
bis. Petite & dabitur vobis, quærite & in- ca. 43. a.
uenietis, pulſate & aperietur vobis. Om-
nis enim qui petit, accipit, & qui quærit,
inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autem
ex vobis patrem petit panem, nunquid la
pidem dabit illi? aut piſcem, nunquid pro
piſce ſerpentem dabit illi, aut ſi petierit
ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem?
Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona da
ta dare filijs veſtris, quanto magis pater ve- 1
ſter de cœlo dabit ſpiritum bonum poten
tibus ſe. *(Et 1 erat eijciens. cap. 49.*
2 Nemo lucernam accendit, & in abſcō- ca. 41. a.
dito ponit, neque ſub modio, ſed ſupra
candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen
videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex; totum
corpus tuum lucidum erit; ſi autem ne- ca. 42. a.
quam fuerit, etiam corpus tuum tenæbro
ſum erit. Vide ergo ne lumen quod in te
eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum to-
tum lucidum fuerit, non habens aliquam
partem tenebrarum, erit lucidum totum,
& ſi-

& ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

1. *Luc. Subijcit de hoc dæmoniaco, fortè quia huius occaſione plurima dicta ſunt ad doctrinam pertinentia, quæ Luc. maximè in his capitibus proſequitur.*

2. *Vide annot.* 5. *cap.* 49.

V Æ.

CAP. LXXXIIII.

C. 11. Et cum loqueretur rogauit eum quidam Phariſæus, vt pranderet apud ſe. Ieſus autem ingreſſus, recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans, dicere: quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et
m.120 a. ait Dominus ad illum. Nunc vos Phariſæi quod de foris eſt calicis, & catini mundatis, quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. ſtulte nonne qui fecit quod de foris eſt, etiam quod de intus eſt, fecit? Veruntamen quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt vobis. Sed væ vobis Phariſæis, qui decimatis mentam & rutam, & omne holus, & præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa nõ omittere. Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Væ vobis, quia eſtis vt

monu-

monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt. Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, ait illi. Magiſter hæc dicens etiam contumeliã nobis facis? At ille ait: Et vobis legiſperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas. Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos, profectò teſtificamini quod conſentitis operibus patrum veſtrorum, quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & ſapientia Dei dixit. Mittam ad illos prophetas & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur, vt inquiratur ſanguis omniũ prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mũdi à generatione iſta. à ſanguine Abel, vſq; ad ſanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Cùm aũt hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & legiſperiti grauiter

inſiſtere,

inſiſtere, & os eius opprimere de multis inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarent eum.

MORS NON TIMENDA.

CAP. LXXXIIII.

¶ C. 12. Multis autem turbis circunſtantibus, ita vt ſeinuicem conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos. Attendite à fermento Phariſæorum quod eſt hypo-
a 51.b.c. 55.a66.b.c cris. Nihil enim opertum eſt, quod non reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aurem loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciát. Oſtendam autem vobis quem timeatis, timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete, Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo. Sed & capilli capitis veſtri omnes dinumerati

merati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſ
ſeribus pluris eſtis. Dico aũt vobis. Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi. Ei autem qui in ſpiritũ ſanctum blaſphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in ſynagogas & ad magiſtratus ca. 55. a
& poteſtates, nolite ſolliciti eſſe qualiter 122. b.c.
aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis, Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere.

SOLLICITVDO DIVITIARVM.

CAP. LXXXV.

C. 12. Ait autem ei quidam de turba. Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei. homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquã vita eius eſt ex his quæ poſſidet.

ſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens. Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens, quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, hoc faciam. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo [omnia quæ nata ſunt mihi & bona mea,& dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe; epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti, cuius erunt, ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deũ diues. Dixitq; ad diſcipulos ſuos. Ideo di

ca. 43. à co vobis,nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & corpus veſtrum, pluſquam veſtimentum, cõſiderate coruos, quia non ſeminant neq; metunt, quibus non eſt cellarium neq; horreum, & Deus paſcit illos quanto magis vos pluris eſtis [illis Quis aũt veſtrum] cogitãdo poteſt adijcere ad ſtatùram ſuam cubitum vnum Si ergo neque quod minimum eſt, poteſtis, quid de

cæteris

cæteris ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant neque nent. Dico autem vobis. Neque Salomō in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis. Si ergò fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos, puſillæ fidei. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit, quoniã his indigetis. Veruntamen quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur nō appropiat, neque tinea corrumpit: vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. ca. 41. 2.

FIDELIS SERVVS.

CAP. LXXXVI.

C. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lu-

cernæ ardentes in manibus veſtris, & vos
ſimiles hominibus expectantibus dominũ
ſuum quando reuertatur à nuptijs, vt cum
venerit & pulſauerit cõfeſtim aperiant ei.
Beati ſerui illi quos cum venerit dominus
inuenerit vigilantes. Amen dico vobis
quod præcinget ſe, & faciet illos diſcum-
bere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi ve
ca.114.a. nerit in ſecunda vigilia, & ſi tertia vigilia
venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui il-
li. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pa
terfamilias qua hora fur veniret, vigilaret
vtique, & non ſineret perfodi domum ſuã.
Et vos eſtote parati, quia qua hora nõ pu
tatis, filius hominis veniet. Ait aũt ei Pe-
trus. Domine, ad nos dicis hanc parabo-
lam; an ad oẽs? Dixit aũt Dominus. Quiſ-
putas eſt fidelis diſpenſator & prudens,
quem conſtituit Dominus ſuper familiam
ſuam, vt det illis in tempore tritici menſu
ram. Beatus ille ſeruus, quem cum vene-
rit Dominus inuenerit ita facientem. ve-
rè dico vobis: quoniam ſuper omnia quæ
poſſidet, conſtituet illum. Quod ſi dixe-
rit ſeruus ille in corde ſuo moram facit do
minus meus venire, & cœperit percutere
ſeruos,

ſeruos, & ancillas, & edere & bibere, & inæbriari, veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit: Et diuidet eum, partemque eius ponet cum infidelibus. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatẽ eius, vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datũ eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Ignẽ veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur. Baptiſmo autem habeo ba- ca. 55. a.
ptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur. Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis, ſed ſeparationẽ. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres. Diuidentur pater in filium, & filius in patrem ſuum, mater in filiã, & filia in matrẽ: Socrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. Dicebat aũt & ad turbas. Cum vi- ca. 64. a.
deritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis nimbus venit, & ita fit. Et cum Auſtrum flantem, dicitis quia æſtus erit, & fit.

Hypocritæ,faciem cœli & terræ noſtis pro bare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Quum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via,da operam liberari ab illo, ne forte

ca. 41. 2. trahat te ,ad iudicem, & iudex tradat te exactori,& exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde,donec etiam nouiſſimum minutum reddas.

POENITENTIA.

CAP. LXXXVII.

¶ C. 13. Aderant autem quidam ipſo in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs eorum. Et reſpondens dixit illis. Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Non, dico vobis:ſed niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis, ſicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis, quia & ipſi deteriores fuerint præter omnes homines in Hieruſalem? Non, dico vobis,

vobis, ſed ſi pœnitentiam non habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Dicebat aũt hanc ſimilitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, ſuccide ergò illam: vt quid enim terram occupat? At ille reſpõdens, dixit illi: Dñe dimitte illam & hoc anno, vſq; dũ fodiam circa illam, & mittam ſtercora. Et ſiquidẽ fecerit fructum, ſin aũt in futurũ ſuccides eam.

MVLIER CONTRACTA.

CAP. LXXXVIII.

G. 13. Erat autem docens in Synagogis eorum ſabbatis, & ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem

Archiſynagogus indignās quia ſabbato cu raſſet Ieſus, dicebat turbæ. Sex dies sūt in quibus oportet operari, in his ergò venite & curamini, & non in die ſabbati. Reſpondens aūt ad illum dominus dixit. Hypocrita, vnuſquiſque veſtrum ſabbato nō ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſæpio, & ducit adaquare. Hanc autem filiam Abrahæ quā alligauit ſatanas ecce decē & octo annis, nō oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cùm hæc diceret, erubeſcebāt omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ glorioſè fiebāt ab eo. Dicebat ergo. Cui ſimile eſt regnū
ca. 52 a. b. Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſynapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & factum eſt in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Si-
ca. 52. a. mile eſt fermento, quod acceptum mulier, abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum.

ANGVSTA VIA.

CAP. XIC.

C. 13. Et ibat per caſtella & ciuitates docens

tens & iter faciens in Hieruſalem. Ait au-
tem illi quidã : Domine ſi pauci ſunt qui
ſaluantur. Ipſe autem dixit ad illos: Con- ca. 43. a.
tendite intrare per anguſtam portã, quia
multi, dico vobis, quærent intrare & non
poterunt. Cùm autem intrauerit paterfa-
milias, & clauſerit oſtium, & incipietis fo-
ris ſtare, & pulſare oſtium dicentes: Domi
ne aperi nobis, & reſpondens dicet vobis.
Neſcio vos vnde ſitis. Tunc incipietis di- ca. 43. a.
cere. Manducauimus coram te, & bibi-
mus, & in plateis noſtris docuiſti; & dicet
vobis, neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me
omnes operarij iniquitatis, ibi erit fletus
& ſtridor dentium. Cum videritis Abra-
ham, Iſaac, & Iacob & omnes prophetas
in regno Dei, vos aũt expelli foras. Et ve-
nient ab Oriente & Occidente, & Auſtro,
& Aquilone, & accumbent in regno Dei. c. 110. a. b 101. a.
Et ecce ſunt nouiſſimi qui erunt primi, &
ſunt primi qui erunt nouiſſimi. In ipſa die
acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicen-
tes illi: Exi & vade hinc, quia Hærodes
vuult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite
vulpi illi Ecce eijcio dæmonia, & ſanita-
tes perficio, hodie, & cras, & tertia die cõ

ſumor. Veruntamen oportet me hodie & cras, & ſequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalē. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Pro-
ea.100 a. phetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico aūt vobis, quia non videbitis me, donec veniat cū dicetis. Benedictus qui venit in nomine Domini.

HYDROPICVS.

CAP. XC.

¶ C. 14. Et factum eſt cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato manducare panē, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondēs Ieſus, dixit ad legiſperitos & Phariſæos dicens: Si licet ſabbato curare. At illi tacuerunt: ipſe vero apprehenſum, ſanauit eum ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit: Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet eum die ſabbati? Et non poterant ad hæc reſpondere

dere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcunbas in primo loco, ne fortè honoratior te fuerit inuitatus ab illo, & veniens qui te & illum vocauit, dicat tibi. Da huic locũ, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouiſſimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcũbentibus, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei qui ſe inuitauerat. Cum facis prandium aut cœnam, noli inuitare amicos tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, ne fortè te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio: ſed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cœcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcunbentibus, dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno

ca.61.e. 120.a.

Dei.

Dei. At ipſe dixit ei. Homo quidam fecit cœnam magnam.& vocauit multos:& miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam, rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit, iuga bouum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit, vxorẽ duxi, & ideò non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc domino ſuo. Tũc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cœcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus: Dñe factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias & ſæpes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorũ qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

OMNIBVS RENVNCIANDVM.

CAP. XCI.

C. 14. Ibant autem turbæ multæ cum eo, &

co,& conuerſus,dixit ad illos. Si quis ve- ca. 55. a.
nit ad me & non odit patrem ſuum, & ma
trem,& vxorem; & filios,& fratres,& ſoro
res,adhuc autem & animam ſuam,non po
teſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiu ca.66.a. b. c.
lat crucem ſuam,& venit poſt me, non po
teſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex
vobis volens turrim ædificare, non prius
ſedens computat ſumptus qui neceſſarij
ſunt, ſi habeat ad perficiendum,ne poſtea
quam poſuerit fundamentum & non po-
tuerit perficere,omnes qui vident incipiãt
illudere ei, dicentes: quia hic homo cœ-
pit ædificare, & non potuit conſummare.
Aut quis rex iturus committere bellum
aduerſus alium regem, non ſedens prius
cogitat ſi poſſit cum decem milibus oc-
currere ei, qui cum viginti milibus venit
ad ſe. Alioqui illo adhuc longe agente, le
gationem mittẽs rogat ea quæ pacis ſunt.
Sic ergo omnis ex vobis, qui non renun-
ciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt me
us eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal ſi autem ca. 41. e 9. b. e.
ſal euanuerit, in quo condietur, neque in
terram neque in ſterquilinium vtile eſt,
ſed foras mittetur. Qui habet aures au-
diendi

diendi audiat. *(Erant autem. cap.* 93.

ENCOENIA. IESVS TRANS IORDANEM.

Quia quæ ſequuntur apud Luc.cap. 15. *&* 16. *omnino cohærent, eaq; narrantur licet obiter, quæ ab alijs narrantur dicta trans Iordanem. Hic ponendæ fuerunt. Encænia, poſt quæ, vt narrat Io. Dominus abijt trans Iordanem. Et hunc ipſum locum ſignificant* Matt. *& Mar. cum dicunt Dominum veniſſe in fines Iudææ trans Iordanem, quamuis enim videantur ſignificare locum reſpectu* Galilææ *trans Iordanem, non tamen ſignificant ſed reſpectu Iudææ, vt & Iò. nam certum eſt ab omnibus ſignificari locum in quo Ioannes primum baptizabat.*

CAP. XCII.

D. 10. Facta ſunt autem Encœnia in Hieroſolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergò eum Iudæi, & dicebant ei. Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Reſpondit Ieſus, loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me, ſed vos non creditis, quia nō eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiūt

& ego

& ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas, quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. Suſtulerunt ergò lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſus. Multa bona opera oſtẽdi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis. Reſponderunt ei Iudæi, de bono opere nõ lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo cum ſis, facis teipſum Deũ Reſpondit eis Ieſus: Nònne in lege veſtra ſcriptum eſt: Quia ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt & non poteſt ſolui ſcriptura, quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundũ, vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi filius Dei ſum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſi autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre. Quærebant ergò eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterum. ca. 134. d.

A. 19. Et venit in fines Iudææ trans Iordanem.

D. trans Iordanē. B. 10. Venit in fines Iudęę trans Iordanem.

D. In eum locum vbi erat Ioannes baptizans primū, & manſit illic.
A. Et ſequutæ ſunt turbæ multæ, & curauit eos ibi. (*Et acceſſerunt. cap.* 95.
B. Et ſicut conſueuerat, iterum docebat eos. (*Et accedentes cap.* 95.
D. Et dicebant, quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum, omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant, & multi crediderunt in eū. (*Erat autem. c.* 102.

PARABOLAE. OVIS. DRAGMAE. FILII PERDITI.

CAP. XCIII.

¶ C. 15. Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant ſcribæ & Phariſæi dicentes: quia hic peccatores recipit & manducat cum eis. Et ait ad illos parabo-
M. 70. a. lam iſtam dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat,

rierat, donec inueniat eam? & cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quia ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens dragmas decem ſi perdiderit dragmam vnam, nonne accẽdit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligẽter donec inueniat eam? & cùm inuenerit, conuocat amicos & vicinos, dicens. Congratulamini mihi, quia inueni drigmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè. & poſt

Et poſtquam omnia conſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa,& ipſe cœpit egere. Et abijt, & adhæſit vni ciuium regionis illius, & miſit illum in villam ſuã vt paſceret porcos,& cupiebat implere vẽtrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant,& nemo illi debat. In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus,ego aũt hic fame pereo.Surgam,& ibo ad patrem meum,& dicam ei.Pater, peccaui in cœlũ & coram te,iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnũ de mercẽnarijs tuis. Et ſurgens,venit ad patrem ſuum.Cũ autem adhuc longe eſſet, vidit eum pater ſuus,& miſericordia motus eſt, & accurẽs cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius. Pater, peccaui in cœlũ & coram te,iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Cito proferte ſtolam primam,& induite illum,& date annulum in manu eius,& calceamenta in pedes eius,& adducite vitulum ſaginatum & occidite, & mãducemus & epulemur, quia hic filiꝰ meus mortuus erat,& reuixit, perierat & inuẽtus
eſt

eſt, & cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro, & cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniã & chorum, & vocauit vnum de ſeruis & interrogauit quid hæc eſſent. Iſq́; dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum eum recepit. Indignatus eſt autẽ, & nolebat introire. Pater ergo eius egreſſus cœpit rogare illum. At ille reſpondens, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquã mandatum tuum præteriui, & nunquam dediſti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit omnem ſubſtantiã ſuam cum meretricibus venit, occidiſti illi vitulum ſaginatũ. At ipſe dixit illi: Fili tu ſemper mecũ es, & oĩa mea tua ſunt: epulari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit, perierat & inuent⁹ eſt.

VILLICVS.

CAP. XCIIII.

¶ C. 16. Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos. Homo quidam erat diues, qui habe-

bat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illum,& ait illi;Quid hoc audio de te, redde rationẽ villicationis tuæ, iam enim nõ poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe,quid faciam,quia dominus meus aufert a me villicationem. Fodere nõ valeo, mendicare erubeſco, ſcio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione,recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui: dicebat primo, quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, accipe cautionem tuam,& ſede cito, & ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? qui ait, centum coros tritici Ait illi,Accipe literas tuas & ſcribe octogĩta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, quia filij huius ſæculi prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.Et ego dico vobis,facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt,& in maiori iniquus

eſt. Si

eſt. Si ergò in iniquo mammona fideles non fuiſtis,quod verum eſt,quis credet vo bis,& ſi in alieno fideles non fuiſtis,quod veſtrũ eſt,quis dabit vobis. Nemo ſeruus ca.42.a
poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odiet,& alterũ diliget,aut vni adhæ rebit,& alterum contemnet.Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.Audiebant aũt omnia hæc Phariſæi qui erant auari, & de ridebant illum.Et ait illis.Vos eſtis qui iu ſtificatis vos coram hominibus, Deus aũt nouit corda veſtra, quia quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt ante Deũ. Lex &
prophetæ vſq, ad Ioannem.Ex eo,regnum ca.47.a
Dei euangelizatur, & omnis in illud vim
facit. Facilius eſt autem cœlum & ter- ca.41.a
ram præterire, quam de lege vnum apicem cadere.

MATRIMONIVM.

Luc. Obiter tantum hic mentionem matrimonij feciſſe videtur, iſto tamen loco contigiſſe diſceptationé de matrimonio,quam deſcribunt Matt.& Mar. & cum iſto loco Luc. coniungendam eſſe,ſatis apparet ex eo, quod poſt pauca quæ ſolus Luc. narrat, coincidunt tres eandem narrationem de

paruulis, & diuite, & alijs quæ ſequntur. Valdè etiam veriſimile eſt phariſæos quæſtionem de matrimonio propoſuiſſe, quia dictum erat à Domino, lex & prophetæ vſque ad Ioannē: cùm enim apud eos hæc quæſtio eſſet controuerſa, facile eis venit in mentem, & putauerunt Dominum aliquid facilè hic dicturum, vnde eum poſſent accuſare.

CAP. XCV.

A. 19. Et acceſſerūt ad eū phariſæi, tentātes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam, quacunq; ex cauſa.

B. 10. Et accedentes phariſæi, interrogabant eum. Si licet viro vxorem dimittere, tentantes eum.

B. At ille reſpondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt. Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpōdens Ieſus ait.

A. Qui reſpondēs ait eis.

A. Nō legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna. Ita

B. Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud, ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminā fecit eos, propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhæ-

que

rebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò Deus cõiunxit, homo non ſeparet.

que iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò D. coniunxit, homo nõ ſe paret. Dicunt illi. Quid ergò Moyſes, mandauit dari libellum repudij, & dimittere. Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri, permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

B. Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerũt eum, & ait illis. Quicunque dimiſerit vxorem ſuã & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit, mœchatur. (*Et offerebant. cap.* 100.

C. 16. Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

A. Dicunt ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis cum vxore non expedit nubere. Qui dixit illis. Nõ omnes capiunt verbũ iſtud, ſed quib' datũ eſt. Sunt enĩ Eunuchi,

qui de matris utero ſic nati ſunt. Et ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus. Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorum, qui poteſt capere, capiat. (*Tunc oblati. cap.* 100.

EPVLO.

CAP. XCVI.

C. 16. Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura & biſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, hulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebãt, & lingebant hulcera eius. Factũ eſt aũt vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus autem eſt & diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarũ in ſinu eius, & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham miſerere mei. Et mitte Lazarum, vt intinguat extremitatem digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior

crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua,& Lazarus ſimiliter mala,nunc autem hic conſolatur,tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos,chaos magnum firmatum eſt,vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos,nõ poſſint,neque inde huc trãſmeare. Et ait: Rogo ergò te pater,vt mittas eum in domũ patris mei, habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait Abraham. Habent Moyſen & prophetas,audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos,pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt,neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.

VARIA DOCVMENTA.

CAP. XCVII.

¶ C. 17. Et ait ad diſcipulos ſuos. Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. Væ autem illi per quem veniunt. Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum e- ca. 41. a. 70. a. b.

ius,& proijciatur in mare, quam vt ſcanda
ca. 71. a lizet vnum de puſillis iſtis. Attendite vo-
bis, ſi peccauerit in te frater tuus, increpa
illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte il-
li. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, &
ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicẽs:
pœnitet me, dimitte illi. Et dixerunt Apo-
ca. 68. a. ſtoli Domino: Adauge nobis fidem. Dixit
112. a, b. autem Dominus. Si habueritis fidem ſi-
cut granũ ſynapis, diceris huic arbori mo
ro, eradicare & tranſplantare in mare, &
obediet vobis. Quis autem veſtrum ha-
bens ſeruum arantem aut paſcentem bo-
ues, qui regreſſo de agro dicat illi, ſtatim
tranſi, & recũbe, & nõ dicit ei, para quod
cœnem, & præcinge te & miniſtra mihi,
donec manducem, & bibam, & poſt hæc
tu manducabis & bibes, nunquid gratiã
habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei impera-
uerat? Non puto, Sic & vos, cùm fece-
ritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dici-
te ſerui inutiles ſumus, quod debuimus fa
cere fecimus. (*Et factum eſt. cap.* 73.

Interrogatus autem à Iudæis quãdo venit
regnum Dei. Reſpondens eis, dixit: Nõ ve
nit regnum Dei cum obſeruatione. Neq;
dicent,

dicent, ecce hic aut ecce illic. Ecce enim
regnum Dei intra vos eſt. Et ait ad diſci-
pulos ſuos. Venient dies quando deſide-
retis videre vnum diem filij hominis, &
non videbitis. Et dicent vobis, ecce hic, ca. 159
aut ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini:
nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cœlo, in
ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget, ita erit filius
hominis in die ſua. Primùm autem opor-
tet illum multa pati, & reprobari à genera
tione hac. Et ſicut factum eſt in diebus
Noe: ita erit & in diebus filij hominis. E-
debant & bibebant, vxores ducebant &
dabantur ad nuptias, vſque in diē qua in-
trauit Noe in arcam, & venit diluuium &
perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt
in diebus Loth. Edebant & bibebant, eme
bant & vendebant, plantabant & ædifica-
bant, qua die autem exijt Loth à Zodo-
mis, pluit ignē & ſulphur de cœlo, & om-
nes perdidit: ſecundum hæc erit, qua die
filius hominis reuelabitur. In illa hora,
qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo,
ne deſcendat, tollere illa, & qui in agro ſi
militer, ne redeat retro. Memores eſtote
vxoris Loth. Quicunque quæſierit animā
ſuam

ſuam ſaluam facere, perdet eam: & quicunq; perdiderit illam, viuificabit eam. Dico vobis, in illa nocte, erunt duo in lecto vno, vnus aſſumetur, & alter relinquetur, duæ erunt molentes in vnum; vna aſſumetur, & altera relinquetur. Reſpondentes, dicunt illi. Vbi Domine? qui dixit illis, vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

1. *Hic interſerit Luc. hiſtoriam decem leproſorum ſupra poſitam, cauſa ante eſt dicta.*

IVDEX INIQVVS.

CAP. XCVIII.

¶ C. 18. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere, dicẽs: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo, & nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe. Et ſi Deum non timeo, nec hominẽ reuereor, tamen quia mihi moleſta eſt hæc vidua, vindi-

vindicabo illã, ne in nouiſſimo veniẽs ſuggillet me. Ait aũt Dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte,& patientiam habebit in illis. Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

PHARISAEVS ET PVBLICANVS.

CAP. XCIX.

C. 18. Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam dicens. Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent: vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus à lõge ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto

eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

PARVVLI. DIVES.

CAP. C.

A. 19. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret.
B. 10. Et offerebāt illi paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autem comminabantur offerentibus, quos cū vidiſſet Ieſus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnū Dei. Amē dico vobis, quiſquis non receeperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et cōplexās eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

C. 18. Afferebāt autem ad illum & infantes vt eos tangeret, quod cum vidiſent diſcipuli increpabant eos Ieſus autem conuocatis illis, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium enim eſt regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque nō acceperit regnum Dei ſicut puer, nō intrabit in illud.
A. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis; ſinite paruulos, & nolite prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cœlorum.

C. Et interrogauit eũ quidã princeps, dicens; Magiſter bone; quid faciendo vitam ęternam poſſidebo. Dixit autem ei Ieſus. Quid me dicis bonum, nemo bonus, niſi ſolus Deus Mandata noſti, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matrem.

A. Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

A. Et ecce vnus accedens ait illi; Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam, qui dixit ei.

B Et cum egreſſus eſſet in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: Magiſter bone, quid boni faciã vt vitam æternam percipiam. Ieſus autem dixit ei. quid me dicis bonum, nemo bonus, niſi vnus Deus.

A. Quid me interrogas de bono, vnus eſt bonus deus, ſi autem vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Dicit ille. quæ? Ieſus autem dixit.

C. Qui ait; hæc omnia cuſtodiui à iuuẽtute mea, quo audito Ieſus, ait ei: Adhuc vnum tibi deeſt. Omnia quęcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me.

A. Non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem & matrem.

B. Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimonium dixeris, ne frauden feceris, honora patrem tuum & matrem.

A. Dili-

A. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Dicit ei adoleſcens, omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea. Quid mihi adhuc deeſt. B. Ieſus autem intuitus eũ, dilexit eum, & dix.t ei: vnum tibi deeſt.

A. Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Cum audiſſet autem verbũ abijt triſtis, erat enim habens multas poſſeſſiones.

C. Videns autem Ieſus illum triſtem factum.

B. Et circumſpiciens Ieſus ait diſcipulis ſuis, quàm difficile qui pecunias habent, iu regnum Dei intrabunt?

A. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum

B. At ille reſpondens, ait illi: Magiſter, hæc omnia obſeruaui a iuuentute mea.

C His ille auditis, cõtriſtatus eſt, quia diues erat valde.

A. Ait illi Ieſus.

B. Vade quęcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & veni ſequere me, qui con triſtatus in verbo abijt mœrens, erat enim habens multas poſſeſſiones.

A. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis.

C. Dixit quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt? facilius eſt enim camelum per foramẽ acus tranſire, quam

diuitem intrare in regnum Dei.

regnum cœlorum:& iterũ dico vobis,facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum, au-

B. Diſcipuli autem.

ditis autem his diſcipuli mirabantur valde.

B. Obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis. Filioli quàm difficile eſt confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire. Facilius eſt camelum per formamen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Qui magis ad

A. Dicentes, quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſsibite eſt apud Deum autem omnia poſsibilia ſunt.

mirabantur, dicentes ad ſemetipſos. Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuẽs eos Ieſus, ait. Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud Deum. Omnia enim poſſibilia ſunt apud Deũ.

B. Et poſt hęc cœpit ei Petrus dicere, ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te, Reſpondens Ieſus ait.

C. Et dixerunt qui audiebant, & quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis, quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſsibilia ſunt apud Deum.

A. Tunc reſpondens Petrus dixit ei. Ecce

nos

nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergò erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem: aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.

c. Ait autem Petrus; ecce nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te: qui dixit eis.

B. Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres aut ſorores, aut patrē, aut matrē, aut filios, aut agros, propter me & Euangeliū; qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſequutionibus, & in futuro ſæculo vitam æternam. Multi autem primi erunt nouiſsi-

c. Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domū, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum Dei, & nō recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſæculo futuro vitam ęternam. (Aſſumpſit c. 104.

m. 89. c

A. Multi aũt erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. nouiſſimi,& nouiſſimi,primi (*Erant autem cap.* 104.

ɫ *Veriſimile eſt quoſdam etiam è vulgo hoc dixiſſe,& de eis videtur Luc. loqui.*

OPERARII.

CAP. CI.

¶ A. 20. Simile eſt regnum cœlorum patri familias,qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos,& dixit illis: Ite & vos in vineam meam,& quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterũ autem exijt circa ſextam & nonam horam & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exijt,& inuenit alios ſtantes,& dixit illis: Quid hic ſtatis tota die ocioſi?Dicunt ei, quia nemo nos conduxit.Dicit illis:ite & vos in vineam meã. Cùm ſero autẽ factũ eſſet,dicit domin⁹ vineæ procuratori ſuo, voca operarios,& redde illis mercedẽ, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos.Cùm

T veniſ-

veniſſent ergò qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduerſum patrem familias, dicentes: Hi nouiſsimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus. At ille reſpondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam, nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade, volo autem & huic nouiſsimo dare, ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſsimi
ca. 89 c. primi, & primi nouiſsimi. Multi enim ſunt
100. a.b. vocati, pauci verò electi. (*Et aſcendens. c,* 104

LAZARVS.

Quia hæc hiſtoria cum ſeceſſu ſine dubio præcedit ramos, hic fuit collocanda.

CAP. C.II.

¶ D. 11. Erat autem quidam languens Lazarus

Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius: Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergò ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quẽ amas, infirmatur. Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius Mariam, & Lazarũ. Vt ergò audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis. , Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc. Reſpondit Ieſus, nònne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die nõ offendit, quia lucem huius mundi videt, ſi autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Hæc ait, & poſt hæc dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum. Dixerunt ergò diſcipuli eius. Domine ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius, illi

autem putauerunt, quod de dormitione ſomni diceret. Tunc ergò Ieſus dixit eis manifeſtè. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos vt credatis, quoniam nõ erã ibi, ſed eamus ad eũ Dixit ergò Thomas, qui dicitur didimus ad cõdiſcipulos. Eamus & nos vt moriamur cum eo. Venit itaque Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autẽ Bethania iuxta Hieroſolimam, quaſi ſtadijs quindecim. Multi aũt ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarẽtur eas de fratre ſuo. Martha ergò vt audiuit quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergò Martha ad Ieſum. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, ſed & nunc ſcio, quia quæcũque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dixit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi vtique Domine, Ego credidi, quia tu es

Chriſtus filius Dei viui qui in hunc mundum veniſti. Et cùm hæc dixiſſet, abijt, & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio dicens: Magiſter adeſt, & vocat te Illa vt audiuit fugit cito, & venit ad eum, nondum enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergò qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit, & exijt ſequuti ſunt eam, dicentes: quia vadit ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria ergò cùm veniſſet vbi erat Ieſus, videns eũ, cecidit ad pedes eius & dixit ei: Dñe ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerãt cum ea plorãtes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: vbi poſuiſtis eum? dicunt ei: Dñe veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergò Iudæi. Ecce quomodo amabat eũ. Quidam autẽ ex ipſis dixerũt: non poterat hic, qui aperuit oculos cœci nati, facere vt hic non moreretur? Ieſus ergò rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum, erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. ait Ieſus. Tolli-

te lapidẽ. Dixit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus. Nònne dixi tibi, quoniã ſi credideris videbis gloriam Dei. Tulerunt ergò lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me, ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi vt credant, quia tu me miſiſti. Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foràs. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus. Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerãt ad Mariã & Martham, & viderãt quæ fecit Ieſus, crediderũt in eum. Quidam aũt ex ipſis abierunt ad Phariſæos & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.

1. *Conſtat ex hoc loco, Ieſum poſt encænia receſſiſſe extra Iudæam, & illud trans Iordanem, non reſpectu Galilææ, ſed reſpectu Iudææ intelligendum.*

CONCILIVM PRIMVM.

CAP. C.III.

D. 11. Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi

Phariſæi Concilium,& dicebant. Quid fa cimus? quia hic homo multa ſigna facit,ſi dimittimus eum ſic,omnes credent in eũ: & venient Romani,& tollent noſtrum locum,& gentem. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam nec cogitatis,quia expedit vobis,vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet pontifex anni illius,prophetauit quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionẽ iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Proximum autem erat Paſcha Iudæorum.& aſcenderunt multi Hieroſolymam, de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos. Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur ad inuicem in templo ſtantes: Quid putatis, quia non venit ad diem feſtum. Dederant autem Pontifices & Pha-

riſæi mandatum, vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet, vt apprehendant eum: (*Ieſus ergò cap.* 109.

PRAEDICTIO. FILII ZEBEDAEI.

CAP. CIIII.

B. 10. Erant autem in via aſcendentes Hieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant.
A. 20. Et aſcendens Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, &
B. Cœpit eis dicere quæ eſſent ei ventura, quia ecce aſcendimus Hieroſolymam.
C. Et conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſũt per prophetas, de filio hõnis.
B. Et filius hominis tradetur principib⁹ ſacerdotũ, & ſcri-

C. 18 Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis, ecce aſcendimus Hieroſolymam.

B. Et aſſumens iterum duodecim
A. Ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, & ſcribis, & condemnabunt eũ morte, & tradent eũ gentibus ad illudendũ & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

C. Tradetur enim gentibus, & illu-

detur, & flagellabitur, & conſpuetur & poſtquã flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget.

& ſcribis. & ſenioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gẽtibus, & illudent ei, & conſpuent eũ, & flagellabunt eum, & interficient eum. Et tertia die reſurget.

C. Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur,

A. Tunc acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.

B. [1] Et accedunt ad eũ Iacobus & Ioãnes filij Zebedæi, dicẽtes. Magiſter, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dextram tuam, & vnus ad ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua. Ieſus autem ait illis, neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei poſſumus. Ieſus autem

A. Qui dixit ei quid vis? Ait illi: dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quẽ ego bibiturus sũ?

cem ait illis: Calicem qui dē quem ego bibo bibetis & baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimini. Sedere autem ad dexterā meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt.

A. A patre meo. Et audientes decē indignati ſunt de duobus fratribus.

B. Iacobo & Ioāne. Ieſus autem vocās eos, ait illis: ſcitis, quia hi qui vidētur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum poteſtatem habēt

Ca.70.a. 233.c. ipſorum. Non ita eſt autē in vobis: Sed quicūq; voluerit fieri maior, erit veſter miniſter, & quicunq; voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. Nam & filius hominis, nō venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam

Dicūt ei poſſumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis Sedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram, nō eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt.

B. Et audientes decem indignati ſunt de

A. Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait Scitis, quia prīcipes gentium dominātur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercēt in eos, non ita erit inter vos: ſed quicūque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis. (at

egredientibus. cap. 108.

animã ſuam in redẽptionem pro multis. (*Et veniunt. cap.* 108.

Coecvs ante ingreſſvm Ierico.

Si quis contendat iſtud idem eſſe cum ſequenti, cap. 108. *appropinquaret, hic idem eſſet quod prope eſſet, tamen veriſimilius eſt, eſſe diuerſa.*

CAP. CV.

C. 18. Factum eſt autem cùm appropinquaret Ierico, cœcus quidã ſedebat ſecus viam mendicans, & cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe, & cùm appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Ieſus dixit illi: Reſpice fides tua te ſaluum fecit, & cõfeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Zacha-

ZACHAEVS.

CAP. CVI.

¶ C. 19. Et ingreſſus perambulabat Ieri-
co. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic
princeps erat publicanorũ, & ipſe diues,
& quærebat videre Ieſum quis eſſet, & nõ
poterat præ turba, quia ſtatura puſillus e-
rat. Et præcurrens, aſcẽdit in arborẽ ſyco-
morum, vt uideret eum, quia inde erat trã
ſiturus. Et cùm veniſſet ad locũ, ſuſpiciens
Ieſus, vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe
feſtinans deſcende, quia hodie in domo
tua oportet me manere, & feſtinans deſcẽ
dit, & excepit eum gaudens. Et cùm vi-
derent, omnes murmurabant, dicentes,
quod ad hominẽ peccatorem diuertiſſet.
Stans autem Zachęus, dixit ad Dominum.
Ecce dimidium bonorum meorum Domi
ne do pauperibus, & ſi quid aliquem de-
fraudaui, reddo quadrupulũ. Ait Ieſus ad
eum. Quia hodie ſalus domui huic facta
eſt, eò quod & ipſe filius ſit Abrahæ. Venit
enim filius hominis quęrere & ſaluum fa-
cere quod perierat.

CAP. CVII.

C. 19. Hæc illis audientibus adijciens, dixit parabolam, eo quod eſſet prope Hieruſalem, & quia exiſtimarent, quod confeſtim regnum Dei manifeſtaretur. Dixit ergò. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, accipere ſibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decẽ ſeruis ſuis, pedit eis decem Mnas, & ait ad illos, negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderãt eum, & miſerunt legationem poſt eum dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factum eſt vt rediret accepto regno, & iuſſit vocari ſeruos quibus dedit pecuniam, vt ſciret quantum quiſque negociatus eſſet. Venit autem primus dicẽs. Domine Mna tua decem Mnas acquiſiuit Et ait illi. Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine Mna tu fecit quinque Mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Et alter venit dicens; Domine ecce Mna

tua

tua quam habui repoſitam in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sciebas quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui, & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens, cum vſuris vtique exegiſſem illã. Et aſtãtibus dixit. Auferte ab illo Mnam, & date illi qui decem Mnas habet, & dixerunt ei: Domine habet decem Mnas. Dico autem vobis, quod omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Verũtamen inimicos illos meos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis præcedebat aſcendens Hieroſolymam. (*Et factum eſt, cap.* 110.

COECVS POST EGRESSVM IERICO.

Sunt qui putent Matt. ſimul narrare de eo qui ante ingreſſum & eo qui poſt egreſſum curatus eſt. Veriſimilius eſt hic duos fuiſſe & ante ingreſſum vnum, & dominum ſimiliter omnes curaſſe.

CAP.

CAP. C. VIII.

B. 10. Et veniunt Ierico. Et proficiſcente eo de Ierico & diſcipulis eius, & plurima multitudine filius Timæi Bartimæus, cœcus ſedebat iuxta viam mēdicans. Qui cùm audiſſet, quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare, & dicere. Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et comminabantur ei multi, vt taceret. At ille multò magis clamabat fili Dauid miſerere mei. Et ſtans Ieſus, præcepit illum vocari. Et vocāt illum dicentes ei, Animæquior eſto, ſurge vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens, venit ad eum. Et reſpondēs Ieſus, dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cœcus autē dixit ei, Rabboni: vt videam. Ieſus autem ait illi: Vade fides tua te ſaluū fecit, & confeſtim vidit,

A. 20 Et egredientibus illis ab Ierico ſequuta eſt eum turbà multa. Et ecce duo cœci ſedentes, ſecus viā audierunt quia Ieſus trāſiret, & clamauerunt, dicentes Domine miſerere noſtri, fili Dauid, turba autem increpabat eos, vt tacerent, at illi magis clamabant, dicētes. Domine miſerere noſtri fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi. Domine vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum, & cōfeſtim viderunt, & ſequuti ſunt eum. (Et cum cap. 110.

vidit,& ſequebatur eũ in via.(*Et cũ c.* 11.

Coena in Bethania.

Vnam eſſe cœnam & vnctionem à tribus narratam, & locus,& tempus,& genus vnguenti,& præcium,& indignatio diſcipulorum,& eorum reprehenſio manifeſte conuincunt non tergiuerſantem. Contigit autem ſabbato, cùm poſtridie Dominus inſidens aſino ingreſſus eſt Hieroſolymam. Multis verò de cauſis fieri potuit, vt cœna parareiur in domo Simonis, & vt Lazarus eſſet vnus recumbentium,& Martha miniſtraret. Nec Io. hanc hiſtoriam ſcripſiſſet,niſi in ea aliquid fuiſſet ſupplendũ,itaq; locũ non nominat,ſed mulierem & Iudã.

CAP. CIX.

¶ D. 12. Ieſus ergò ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam,vbi Lazarus fuerat mortuus,quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autẽ ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat, Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.

B. 14. Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,& recumberet: Venit mulier habens alabaſtrum

A. 26 Cùm autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabã-

ſtrum vnguēti præ cioſi.

ſtrum vnguenti nardi piſticæ precioſi.

D. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſticæ præcioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis.

B. Et fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius.

A. Et effudit ſuper caput eius, recumbentis.

D. Et domus impleta eſt ex odore vnguenti.

Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes; Vt quid perditio hæc, potuit enim iſtud vęnundari multo; & dari pauperibus.

B. Erant autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos & dicétes, vt qd perditio iſta vnguēti facta eſt. Poterat enī vnguentū iſtud vænundari pluſquàm trecentis denarijs, & dari pauperibus, & fremebāt in eam.

D. Dixit ergò vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſchariotes, qui erat eum traditurus.

3 Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

D. Dixit ergo Ieſus.
B. Ieſus autem dixit, ſinite eā, quid illi moleſti eſtis.

A. Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri?

D. Sine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud.

B. Bonũ opus operata eſt in me, ſemper enim paupe res habetis vobiſcũ, & cũ volueritis poteſtis illis benefacere, me aũt non ſemper habetis, quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meũ in ſepulturã.

A. Mittens enim hæc vnguentũ hoc, in corp' meũ ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatũ fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur quod & hæc fecit in memoriam eius. (4 *Tunc abijt ca.* 128.

D. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis

A. Opus enim bonum operata eſt in me. Nam pauperes ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.

B. Amen dico vobis vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mũdo & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius. 4(Et Iudas cap. 128.

D. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt, & venerunt, non propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem Principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

1. *Maria*

1. *Maria primum pedes vnxit, poſt totum effudit ſuper caput, fracto vaſculo.*
2. *Veriſimile eſt plures indignè tuliſſe, ſed maximè Iudam. ſæpe tamen quod ab vno factum eſt, pluraliter effert ſcriptura.*
3. *Hæc cauſa fuit Iudæ vt proderet dominum.*
4. *Vide annot. 1. cap. 128.*

RAMI PALMARVM.

CAP. CX.

¶. A. 21. Et cùm appropinquaſſent Hieroſolymã, & veniſſent Bethphage, ad montem Oliueti: Miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes inuenietis Aſinam alligatam & pullum cum ea.

B. Super quem nemo adhuc hominum ſedit.

A. Soluite & adducite mihi.

¶B. 11. Et cùm appropinquarent Hieroſolymę & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis & ait illis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim introeũtes, illuc inuenietis pullum alligatum. C. 19 Et factum eſt cum appropinquaſſet ad Bethage & Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti; miſit duos diſcipulos ſuos dicens: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, in quod introeuntes, inuenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum ſedit, ſoluite illum, & adducite.

B. Soluite illum & adducite, & ſi quis vobis dixerit quid facitis, dicite.

C. Et ſi quis vos interrogauerit, quare ſoluitis? ſic dicetis ei.

A. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite.

A. Quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mãſuetus, ſedens ſuper asinam & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus.

B. Quia Domino neceſſarius eſt, & continuo illum dimittet huc.

C. Quia Dominus operam eius deſiderat:

B. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam, foris in biuio, & ſoluunt eum.

C. Abierunt autẽ qui miſſi erant, & inuenerunt ſicut dixit illis ſtantem pullum.

C. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos.

B. Et quidam de illic ſtantibus, dicebant illis.

B. Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerũt eis, ſicut præceperat eis Ieſus.

C. Quid ſoluitis pullum, & illi dixerunt.

C. Quia dominus eum neceſſarium habet.

B. Et dimiſerunt eos.

C. Et duxerunt illum ad Ieſum, & iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum,

A. Et

Impoſuerũt Ieſum.
B. Et duxerunt pul lum ad Ieſum, & imponunt illi veſtimenta ſua; & ſedit ſuper eum.

A. Et adduxerũt aſinam & pullum ad Ieſum Et impoſuerunt ſuper ꝫ eos veſtimẽta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.

D. 12. In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſet quia venit Ieſus Hieroſolimam, ꝛacciperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiàm ei. Et clamabant hoſanna benedictus qui venit in nomine Dñi Rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eũ ſicut ſcriptum eſt, noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper ꝫ pullum aſinæ, Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum, ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc ſcripta erant de eo, & hæc fecerunt ei.

B. Multi autem veſtiméta ſua ſtrauerunt in via, alij autem frondes cedebant de arboribus, & ſternebant in via.
C. Subſternebãt veſtimenta ſua in via.

C. Eunte autem illo.
A. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via alij autem cedebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

C. Et cùm appropinquaret iam ad deſcẽſum montis Olìueti, cœperunt omnes

turbæ dicentium gaudentes laudare Deũ, ſuper omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis.

A. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamabant, dicentes. Hosãna filio Dauid, Benedict⁹ qui venit in nomine dñi hosãna ĩ altiſſimis.

B Et qui præibant & qui ſequebantur clamabant; dicentes; Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

B. Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid. Hoſanna in excelſis.

D. Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis, propterea etiam obuiam venit ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi autem dixerunt ad ſemet ipſos, videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus poſt eum abijt.

C. Et quidam Phariſæorum de turbis dixerunt ad illum. Magiſter increpa diſcipulos tuos, quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem fleuit

ſuper

ſuper eam dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu: & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

1. *Mar. Et Luc. quoniam loquuntur de Domino, vt veniente ex Ierico proprie dicunt cum appropinquaſſet Bethaniæ, & tamen id non abſolutè dicunt, ſed ſecundum eam partem quæ eſt mons Oliueti & Bethage, nam cùm Dominus attingere cœpiſſet hanc partem, miſit ſuos. Non ergo ſignificant Dominum non fuiſſe pridie diuerſatum Bethaniæ, ſed tantum Dominum tum ſuos miſiſſe, cum appropinquaſſet Bethphagæ & montem oliueti, quæ partes ſunt & pertinent ad Bethaniam, ita propriæ vterque capit verbum appropinquare.*

2. *Adeo etiam verbis reſpondit res, vt hic fuerint duo animalia, quæ cauſa fuit cur Matt. vtriuſque fecerit mentionem, non quod Dominus vtrique inſederit, aut quod prophetia proprie intelligatur de duobus animalibus, ſed appoſitio eſt & ingeminatio, nam nec Hebræis nec Græcis vox eſt fæmi-*

nini generis, immo apud Hebræos ſæpius maſculino ſumitur, & ſi fortè etiam pullus fœmina fuerit.

3. Veriſimile eſt ſuper vtrunque iacta veſtimenta, ſed Dominum inſediſſe tantum pullo.

4. Licet Io. nō omnino eodem ordine res narret, quo reliqui, non operepretium tamen putauimus eius ordinem immutare.

5. Ex hac citatione ſatis conſtat prophetiam non propriè intelligendam de duobus animalibus, & hinc etiam intelligitur Dominum inſediſſe tantum vni animali.

INGRESSVS IN TEMPLVM.

Mar eiectionem narrat quaſi ſecundo die factam, ſed cum Matt & Luc narrēt quaſi primo ingreſſu factam, longeq; veriſimilius ſit, tum vendentes fuiſſe in templo, & Dominum non diſtuliſſe eiectionem, nonnihil immutanda fuit narratio Mar quamuis enim ſolus diſtinguat dies, nullo tamen modo dicit aut ſignificat eiectionem factā ſecundo die. Sed cum eius primo die non meminiſſet, nullaq; re, prima die, geſta narrata, tranſiſſet ad ſecundum diem Cum ſubdit & cum introiſſet in templum, id repetere eſt intelligendus. quod non narratum, poſt primum ingreſſum contigerat quia veriſimillimum eſt nihil ſecundo die in templo contigiſſe præter conciones, & interim quæſiuiſſe phariſæos quomodo eum perderent, & cum non ſtatim inuenirent, tertio die collectos acceſsiſſe.

CAP.

CAP. CXI.

A. 21. Et cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam, cõmota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? populi autem dicebant. Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Ieſus in templum Dei.

B. 11 Et cum introiſſet in templũ, cœpit eijcere omnes ementes & vendentes in templo, & menſas nummulariorũ, & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Et nõ ſinebat vt quiſquã tranſferret vas per templum. & docebat dicens eis. Nõne ſcriptum eſt, quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gẽtibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Quo audito, Principes ſacerdotum & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent; timebant enim eum, quoniã vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina

B. 11. Et introiuit Hieroſolymam in templum. (1 Et circunſpectis infra. C. 19 Et ingreſſus in templum cœpit eijcere vendentes & ementes, dicens illis: Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

A. Et eijciebat omnes ementes & vendentes in templo, & menſa nũmulariorum, & cathedras vendentiũ columbas euertit, & dicit eis, ſcriptum eſt. Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illã ſpeluncã latronũ

eam : ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur & vbi ego ſum, illic & miniſtet meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata eſt,& quid dicam,pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam . Pater clarifica nomen tuum . Venit ergo vox de cœlo.Et clarificaui,& iterum clarificabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant. Angelus ei loquutus eſt. Reſpondit Ieſus,& dixit. Nõ propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc iudiciũ eſt mundi,nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipſum.Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba, nos audiuimus ex lege,qnia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis. Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt, ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadit. Dum lucem habetis credite in

lucem,

lucem, vt filij lucis ſitis. Hæc loquutus eſt
Ieſus, & abijt, & abſcondit ſe ab eis. Cum
autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non
credebant in eum: vt ſermo Eſaiæ prophe
tæ impleretur quem dixit. Domine quis
credidit auditui noſtro, & brachium Domi
ni cui reuelatum eſt. Propterea non pote-
rant credere, quia iterum dixit Eſaias: Ex-
cœcauit oculos eorũ, & indurauit cor eo-
rum, vt non videant oculis, & non intelli-
gant corde, & conuertantur, & ſanem eos.
Hæc dixit Eſaias quãdo vidit gloriã eius,
& loquutus eſt de eo. Veruntamen & ex
principibus multi crediderunt in eum: ſed
propter phariſæos non confitebantur, vt
e ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt
enim gloriam hominum magis, quã Dei.
Ieſus autem clamauit & dixit. Qui credit
in me, non credit in me, ſed in eum qui mi
ſit me, & qui videt me, videt eum qui mi-
ſit me. Ego lux veni in mundum, vt om-
nis qui credit in me, in tenebris non ma
neat. Et ſi quis audierit verba mea, & nõ
Ia. 16. d. cuſtodierit, ego non iudico eũ: Non enim
veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificẽ
mundum. Qui ſpernit me, & non recipit

Verã

verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ex meipſo non ſum loquutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater ſic loquor (*Ante diem cap.* 13.
B. Et circumſpectis omnibus cùm iam veſpera eſſet hora.

B. Exijt in Bethaniam.

A. Relictis illis, abijt foras extra ciuitatē in Bethaniā
B. Cum duodecim.
A. Ibique manſit.

§ *Vide titulum huius.*

FICVLNEA FIDES.

CAP. CXII.

B. 11. Et alia die cùm exiret à Bethania.

B. Eſurijt.

A. Et videns fieri arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia

A. 21. Mane autem reuertens in ciuitatem, eſurijt.
B. Cumq; vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſi quid fortè inueniret in ea.

in ea. Et cùm veniſſet ad eam nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum. Et reſpondens eis, dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet, & audiebant diſcipuli eius.

tantùm, & ait illis. Nunquã ex te fructus naſcatur in ſempiternum.

A. Et areſacta eſt continuò ficulnea.

B. Et veniunt Hieroſolymam. (1 *Et cùm intro cap.* 111.

C. 19. Et erat 2 quotidie docens in tẽplo. Principes autem ſacerdotum & ſcribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi, omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum.

B. Et cùm veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane tranſirent viderunt ficum aridam factam à radicibus.

A. 3 Et videntes diſcipuli mirati ſunt dicentes, quomodo continuo aruit.

B. Et recordatus Petrus dixit ei. Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Et reſpondens Ieſus, ait illis. Habete fidem Dei.

A Reſpondens autem Ieſus, ait eis.

A. Amen dico vobis, ſi habueritis fidẽ, & non

& non hæſitaueritis, non ſolum deficul-[1] nea facietis. Cap. 68.a. 97.c.

B. Amē dico vobis. A. ſed & ſi monti huic dixeritis: tolle & iacta te in mare, fiet.

B. Quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat, fiet.

A. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

B. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum ſtabitis ad orandum dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt pater veſter dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Cap. 42.a.

1 *Vide titulum cap. ſuperioris.*
2 *Solus Mar. diſtinguit dies, & commodiſſimū fuit iſtud hoc loco collocare.*
3 *Iſtud narrat Matt. quaſi eadem hora dictum qua aruit ficulnea, ſed ex Mar. conſtat poſtridie dictū.*

IN QVA POTESTATE.
CAP. CXIIII.

A. 21 Et cū veniſſet in tēplū, acceſſerūt ad eū docen-

B. 11. Et veniunt rurſum Hieroſolymam.

¶ C. 20.

tĕ Principes ſacerdotum & ſeniores populi, dicentes: In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpōdēs aūt Ieſus dixit eis.
B. Et cum ambularet in templo accedunt ad eū ſummi ſacerdotes,& ſcribæ, & ſeniores,& dicūt ei In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem?

¶ C. 20. Et factum eſt in vna dierum, docente illo populum,& euangelizante. Conuenerūt Principes ſacerdotum, & ſcribæ, cū ſenioribus, & aiunt,dicentes ad illum. In qua poteſtate hęc facis? aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatem.

A. Interrogabo vos & ego vnū ſermonē, quē ſi dixeritis mihi,& ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioānis vnde erat, è cœlo,an ex hominibus?
C. Reſpondens aūt Ies' dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnū verbū, reſpōdete mihi. Baptiſmus Ioānis de cęlo erat, an ex hominib'? At illi cogitabāt intra ſe, dicentes: Quia ſi dixerimus de cęlo, dicet Quare ergò nō credidiſtis illi? Si aūt dixerimus ex hominibus.
A. At illi cogitabant inter ſe,dicentes:Si dixerimus ē

B. Vt iſta facias. Ieſus autē reſpondens, ait illis:Interrogabo vos & ego vnum verbum,& reſpondete mihi,& dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis de cœlo erat,an ex hominibus? reſpōdete mihi. At illi cogitabant ſecū,dicētes: ſi dixerimus de cœlo,dicet nobis,quare ergo non credidiſtis ei? ſi dixerim' ex hominibus,timemus populū.
C. Plebs

C. Plebs vniuerſa lapidabit nos, certi ſunt enim Ioannem eſſe prophetam. B. Omnes enim habebant Ioannem, quia verè propheta eſſet. Et reſpondentes, dicunt Ieſu. Neſcimus. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

cœlo, dicet nobis, quare ergo nó credidiſtis illi. Si aũt dixerimus ex hominibus timemus turbam Omnes enim habent Ioannem ſicut prophetam, & reſpondentes Ieſu: dixerunt neſcimus ait illis & ipſe. Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

c Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet, & Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua poteſtate hęc facio.

PARABOLAE FILIORVM ET VINEAE.

CAP. CXIIII.

¶ B. 12. Et cœpit eis in parabolis loqui. A. 21. Quid autem vobis videtur. Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili vade hodie operare in vinea mea, Ille autem reſpondens, ait: Nolo. Poſtea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait: Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt ei. Primus Dixit illis Ieſus: Amẽ dico vobis, quia publicani

& meretrices præcedēt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea vt crederetis ei.

C. 20. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc.

A. Aliam parabolā audite. Homo erat paterfamilias, qui plātauit vineā, & ſæpē circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eā agricolis, & peregre profectꝰ eſt.

C. Et ipſe peregre fuit multis temporibus.

A. Cùm autem tempus fructuū appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius.

B. Et miſit ad agricolas in tempore ſeruū, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ, qui apprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt

C. Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis.

B. Vineam paſtinauit homo, & circūdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt.

C. Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanem, & addidit alterum ſeruum mittere. Illi autem hūc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiſerunt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illum

vulnerantes eiecerunt.

A. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum dicés: Verebuntur filium meũ. Agricolę autem videntes filiũ dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, & apprehenſum, eiecerunt extra uineã, & occiderunt.

C. Quem cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicentes; Hic eſt hæres, occidamus eum, vt noſtra fiat hęreditas, & eiectũ illum extra vineã, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineę?

runt vacuum. Et iterũ miſit ad illos alium ſeruũ, & illum in capite vulnerauerunt, & cõtumelijs affecerunt. Et rurſum aliũ ſeruũ miſit, & illũ occiderunt, & plures alios, quoſdã cædẽtes, alios verò occidẽtes.

C. Dixit autem Dominus vineæ, quid faciam? mittã filiũ meũ dilectũ, forſitam cũ hũc viderint verebũtur.

B. Adhuc ergò vnum habens filium chariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia reuerebuntur filium meum. Coloni aũt dixerunt ad inuicem. Hic eſt hæres, veni te occidamus eũ, & noſtra erit hæreditas. Et apprehendentes eũ, occiderunt, & eijcerunt extra vineam.

A. Cùm ergò venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi.

Malos male perdet,& vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus.

C. Veniet,& perdet colonos iſtos, & dabit vineam alijs. Quo audito dixerũt illi Abſit. Ille autem aſpiciens eos ait, quid eſt ergò hoc quod ſcriptum eſt.

A. Nunquam legiſtis in ſcripturis, lapidem quẽ reprobauerunt ædificãtes,hic factus eſt in caput anguli, a Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis,quia auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur gẽti facienti fructus eius, & qui ceciderit ſuper laqidem iſtum, confringetur,ſuper quẽ vero ceciderit,cõteret eum. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum,& Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret.

C. Et quærebant Principes ſacerdotum & ſcribæ mit-

B. Quid faciet dominus uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineã aliis. Nec ſcripturam hanc legitis? Lapidem quẽ reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

C. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſupra lapidẽ illum, conquaſſabitur, ſuper quem autem ciciderit cõminuet eum.

B. Et quærebant cũ tenere,& timuerũt turbam. cognoue

rant enim. quoniã ad eus parabolam hanc di erit (Et relicto cap 116.

mittere in illum manus il- la hora, cognouerũt enim quod ad ipſos dixerit ſi- mili udinem hanc. *(Et obſeruantes. cap. 116.* A. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam illum habebant.

INVITATI AD NVPTIAS.

CAP. C.XV.

¶ A. 22. Et reſpondens Ieſus, dixit ite- rum in parabolis, dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fe- cit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa, & om- nia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius ad negociationem ſuam, re- liqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contu meliis affectos occiderũt. Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis,

perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis, nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erãt, non fuerunt digni. Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, cõgregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. At ille obmutuit. Tũc dixit Rex miniſtris, ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium; multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

TRIBVTVM SOLVENDVM.

CAP. C.XVI.

A. 22. Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. C. 20. Et obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularẽt, vt caperẽt eũ in ſermone, & tra-

B. 12. Et relicto eo abierunt, & miſerunt ad eum.

C. Et interrogauerunt eum, dicẽtes. Magiſter. ſcimus quia recte dicis & doces, & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces, licet nobis tributum dare cæſari, an non? Conſiderans autem dolum illorum, dixit ad eos, quid me tentatis?

& traderent eum principatui, & poteſtati Præſidis.

A. Et mittunt ei diſcipulos ſuos.

B. Quoſdam ex Phariſæis.

B. Et Hærodianis; vt eum caperent in verbo, qui venientes dicunt ei. Magiſter ſcimus quia verax es, & non curas quemquã, nec enim vides in faciẽ hominũ, ſed in ueritate viam Dei doces, licet dare tributum cæſari, ãn nõ dabimus? qui ſciẽs uerſutiam eorum, ait illis: Quid me tentatis.

A. Cum Herodianis dicentes. Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, nõ enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergò nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ, oſtendite mihi numiſma cenſus.

C. Oſtendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inſcriptionem? reſpondentes, dixerunt ei; cæſaris. Et ait illis; Reddite ergò quæ ſunt cæſaris cęſari, & quę ſunt Dei Deo.

B. Afferte mihi denarium, vt videam.

A. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait

il is Ieſus, cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? dicunt ei. Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Et audientes, mirati ſunt.

B. At illi obtulerunt ei, & ait illis: cuius eſt imago hæc & inſcriptio? dicunt ei, cæſaris. Reſpondens autem Ieſus, dixit illis: reddite ergo quę ſunt cæſaris cęſari & quæ ſunt Dei Deo & mirati ſūt ſuper eo.

C. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in reſponſo eius, tacuerunt.

Et A. relicto eo abierunt.

SADDVCAEI.

CAP. C.XVII.

A. 22. Illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes.

C. 20. Acceſſerunt aūt quidam Sadducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem dicentes.

C. Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis. Si frater alicuiꝰ mortuus fuerit habēs vxorem, & hic ſine liberis fuerit,

B. 12. Et venerūt ad eū Sadducęi qui dicunt non eſſe reſurrectioné, & interrogabant eū dicentes: Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit

vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxoré, & filios non relique rit, accipiat frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.

rit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

A. Magiſter, Moyſes dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

C. Septé ergò fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus eſt ſine filijs.

B. Septé ergò fratres erát, & prim' accepit vxorem, & mortuus eſt, nó relicto ſemine & ſecundus accepit eá, & mortuus eſt, & nec iſte reliquit ſemé, & tertius ſimiliter, & acceperunt eá ſimiliter ſepté, & non reliquerunt ſemen, nouiſſimè omnium defuncta eſt & mulier.

A. Similiter ſecundus, & tertius vſq; ad ſeptimum. nouiſſime autem omnium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergò cuius erit de ſepté vxor,

A. Erant autem apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta, Defunctus eſt & non habens ſemen reliquit vxoré ſuam fratri ſuo.

C. Et ſequens accepit illá, & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam ſimiliter & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. Nouiſſimè omnium defuncta eſt & mulier.

B. In reſurrectione ergo cú reſurrexerint, cuius de his erit vxor, ſeptem enim habuerunt eam vxoré. Et reſpondens Ieſus ait illis: Nonne ideò erratis nó ſcientes ſcripturas, neq; virtutem

tutem Dei. Cùm enim à mortuis reſurrexerint, ne que nubent, neq; nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo.

oẽs enim habuerũt eã. Reſpondẽs aũt Ieſus, ait illis: Erratis, non ſciẽtes ſcripturas, neq; virtutem Dei. In reſurrectione eñ neq; nubent, neque nubentur; ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo. C. In reſurrectione ergò cuius eorum erit vxor, ſiquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus.

C. Filij huius ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi verò qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, ne que nubent, neque ducent vxores; neque vltra mori poterunt, æquales enim Angelis ſunt, & filij Dei ſunt, cùm ſint filij reſur rectionis. Quod verò reſurgant mortui & Moyſes oſtẽdit ſecus Rubum. Sicut dixit. Dominum Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob.

A. Non legiſtis quod dictũ eſt à Deo dicẽte vobis. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? C. Deus autẽ non eſt mortuorum, ſed viuorum, omnes enim viuunt ei.

B. Vos ergo multũ erratis.

A. De reſurrectione autem mortuorum.

B. De mortuis aũt quod reſurgãt, nõ legiſtis in lib. Moyſi ſuper rubũ, quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego ſum deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, nõ eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.

C. Re-

A. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.

C. Reſpondentes autem quidam ſcribarũ, dixerunt ei: Magiſter bene dix.ſti.

A. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.

MAGNVM MANDATVM.

CAP. CXVIII.

A. 22. Phariſæi autem audientes quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum.

B. 12. Et acceſſit vnus de ſcribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam illis bene reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum omniũ mandatũ.

A. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor.

A. Tentans eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege?

B. Ieſus autem reſpondit. Quia primum omnium mandatum eſt. Audi Iſrael Dominus Deus tuus, De⁹ vnus eſt, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,

A. Ait illi Ieſus: diliges dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximũ & primum mandatum: ſecundum autem ſimile eſt huic, diliges proximum tuũ ſicut teipſum.

tua,& ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum: ſecundum autem ſimile eſt illi. Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatū non eſt.
A. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ.
B. Et ait illi ſcriba Bene Magiſter in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. & vt diligatur ex toto corde:& ex toto intellectu, & ex tota anima,& ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Ieſus autem videns quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi. Non es longè à regno Dei. Et nemo iā audebat eum interrogare.

C 20 1 Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

1 *Vix dubium quin Luc. idem ſignificet quod Mar. neminem deinde auſum fuiſſe dominū interrogare. Quamuis enim iſtud ſubiecerit reſponſioni ad quæſtionem Sadducæorum, non tamen de ſolis Sadducæis, ſed de omnibus in vniuerſum loqui videtur, quod vbi dominus aliquoties iā prudenter reſpondiſſet, admirati, non fuerunt auſi eum amplius interrogare, non enim neceſſe fuit ad hoc dicendum; omnes interrogationes ponere, & nota ſcribas approbaſſe; reſponſionem ad quæſtionem Sadducæorum, &c*

rum, & eum ipſum qui interrogabat de magno mandato, depoſito tentandi animo, etiam approbaſſe domini reſponſionem.

CHRISTVS CVIVS FILIVS.

CAP. CXIX.

A. 22. Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens. Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei. Dauid.

B 12. Et reſpondens Ieſus dicebat, docens in templo. Quomodo dicunt ſcribæ, Chriſtum filium eſſe Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in ſpiritu ſancto. Dixit dominus domino ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergò Dauid dicit eum dominum, & vnde filius eius eſt, & multa turba libenter eum audiuit,

A. Ait illis.
C Quomodo dicunt chriſtū filiū eſſe Dauid, & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorū: Dixit dominus dño meo, ſede a dextris

C. 20 Dixit autē ad illos.
A Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum dicēs: Dixit dominus dño meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos

cos tuos ſcabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum. Neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum: Dauid ergò dominum eum vocat, & quomodo filius eius eſt.

a Mar. videtur ſignificare ea dicta plebi docendo. Et veriſimile eſt dominum primùm docendo, ea plebi dixiſſe: tum etiam eadem interrogaſſe Phariſæos aſtantes, aut ſic ea plebi dixit, vt peculiariter ſermonem dirigeret ad aſtantes Phariſæos, ſiue bis, ſiue ſemel tantũ quæſtio & ſcriptura ſit propoſita.

AVDIENDI NON IMITANDI SCRIBAE, VAE.

CAP. CXX.

¶ A. 23. Tunc Ieſus loquutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos. B. 12. Et dicebat eis in doctrina ſua.

C. 20 Audiente autem populo, dixit diſcipulis ſuis.

A. Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim

enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia verò opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatát enim philacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rab
bi, vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vobis vocare ſuper terram, vnus eſt enim
Pater veſter qui in cœlis eſt. Nec vocemi 90. 99. 6
ni magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrũ, erit miniſter veſter. Qui aũt ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

B. Cauete à ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixę o-

C. Attendite à ſcribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amãt ſalutationes in foro, & primas Cathedras in Synagogis, & primos diſcubitus in cõuiuijs, qui deuorant domos viduarũ ſimulantes longam orationem,

tatienis, hi accipient ꝓlixi⁹ iudiciū. nem, hi accipient damnationem maiorem.

ca. 83. c.

A Væ autem vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cęlorū ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum longas orationes orantes propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hipocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelitum, & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cœci qui dicitis, quicunq; iurauerit per templum nihil eſt, qui autē iurauerit in auro tēpli, debet. Stulti & cœci, quid enim maius eſt aurum, an templū quod ſanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari nihil eſt, qui autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet: Cœci quid enim maius eſt? donum an altare quod ſanctificat donum? Qui ergò iurat in altari, iurat in illo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et quicunq; iurat in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei,

no Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentam & anetum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cœci excolantes culicem, camelū autem glutientes. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cœce munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat quod de foris eſt mundum. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, nō eſſemus ſocij eorū in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorū

qui prophetas occiderunt: & vos imple-
te menſuram patrum veſtrorum. Serpẽtes
genimina viperarum; quomodo fugietis a
judicio gehennæ. Ideò ecce ego mitto ad
vos prophetas,& ſapientes,& ſcribas,&ex
illis occidetis &crucifigetis,& ex eis flagel
labitis in ſynagogis veſtris, & perſequemi
ni de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper
vos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus eſt ſu
per terram, a ſanguine Abel iuſti,ad ſãgui
nem Zachariæ filij Barachiæ,quem occidi-
ſtis inter templum & altare.Amen amẽ di
co vobis,venient hæc omnia ſuper genera
ca. 19. c. tionem iſtam. Hieruſalem Hieruſalẽ,quæ
occidis prophetas & lapidas eos qui ad te
miſſi ſunt. Quoties volui congregare fili-
os tuos,quemadmodum gallina cõgregat
pullos ſuos ſub alis,& noluiſti.Ecce relin-
quetur vobis domus veſtra deſerta. Dico
autem vobis, non me videbitis amodo,
donec dicatis: Benedictus qui venit in no
mine Domini.

VIDVA PAVPER

CAP. C.XXI.

B. 12.Et ſedens contra ga- ¶ C. 21 Reſpiciẽs autem, vidit
zophi-

qui mittebant munera in gazophilacium diuites, vidit aũt & quandam viduam pauperculã mittentem æra minuta duo, & dixit: verè dico vobis, quia vidua hęc pauper pluſquam omnes miſit. Nam omnes hi ex abundãti ſibi miſerũt in munera Dei. hæc autẽ ex eo quod deeſt illi, omnem victũ ſuum quẽ habuit, miſit.

zophilaciũ aſpiciebat quo modo turba iactabat æs in gazophilacium. Et multi diuites iactabant multa. Cùm veniſſet autẽ vidua vna pauper, miſit duo minuta quod eſt quadrans. Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniã vidua hæc pauper plus õnibus miſit. qui miſerunt in gazophilaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miſerunt. Hæc verò de penuria ſua, omnia quæ habuit miſit, totum victum ſuum.

PRAEDICTIONES.

CAP. CXXII.

¶ B. 13 Et cùm egrederetur de templo.

¶ A. 24. Et egreſſus Ieſus de templo ibat, & acceſſerunt diſcipuli eius vt oſtenderent ei ædificationes templi.

C. 21. Et quibuſdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatum eſſet.

B. Ait illi vnus ex diſcipulis ſuis Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructuræ.

Et Reſpondens Ieſus, ait illi: vides has omnes magnas ædificationes?

A. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis.

C. Hæc quę videtis, veniẽt dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidẽ, qui non deſtruatur.

B. Et cùm ſederet in monte Oliuarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus, & Ioãnes, & Andreas; Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit quando hæc omnia incipient conſummari.

A. Et quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi.

A. Ipſe autem reſpondens, ait illis.
C. Dixit.
B. Non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.
A. Non relinquetur hic lapis ſuper lapide qui non deſtruatur. Sedẽte autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes. Dic nobis quando hæc erunt.
C. Interrogauerũt autem illum, dicentes Præceptor quãdo hæc erunt? & quod ſignũ cùm fieri incipiet? Qui dixit. Videte ne ſeducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes. Quia ego ſum.

A. Reſpondens Ieſus dixit eis. Videte ne quis vos ſeducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducet, audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca B. Cùm audieritis aũt bella, & opiniones bellorũ, ne timueritis, oportet enĩ hæc fieri, ſed nõdum finis. Exurget enĩ gens cõtra gentẽ, & regnũ ſuper regnũ, & erũt terræ mot⁹ p loca, & fames initiũ dolorũ hæc.

B. Et reſpondens Ieſus, cœpit dicere illis. Videte ne quis vos ſeducat: multi enĩ venient in nomine meo dicẽtes, quia ego ſum Chriſtus & multos ſeducent.

C. Et tempus appropinquabit, nolite ire poſt eos. Cùm autẽ audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri, oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Dicebat autem illis. Surget gens contra gentẽ, & regnũ aduerſus regnũ, & terræ motus erũt magni per loca, & peſtilẽtiæ & fames, terroreſq́, & ſigna de cœlo magna erunt.

A. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum.

C. Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad Reges & Præſides, propter nomen meum.

B. Videte autem voſmetipſos, tradent

enim vos in concilijs, & in ſynagogis vapulabitis, & ante Reges & Præſides ſtabitis propter me in teſtimonium illis. Et in oẽs gentes primũ oportet prædicari Euãgeliũ, & cũ duxerint vos tradentes.

C. Cõtinget autem vobis in teſtimonium.

C. ponite ergò in cordibꝰ
ca 84 c. veſtris, non præmeditari quemadmodum reſpondeatis.

B. Nolite præcogitare quid loquamini.

B. Sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini.

C. Ego enim dabo vobis os & ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri.

B. Non enim vos eſtis loquentes, ſed Spi-
ca 59. a. ritus sãctus. Tradet aũt frater fratrem in mortẽ, & pater filium, & conſurgent filij in parentes, & morte afficient eos.

C. Trademini aũt à parentibus & fratribus, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus propter nomen meũ.

A. Tunc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

B. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum.

C. Et capillus de capite veſtro nõ peribit.

A. Et tunc ſcadalizabuntur multi, & inuicem tra-

cem tradent, & odio habebunt inuicem, & multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Qui

B. Qui autem ſuſtinuerit in finé, hic ſaluus erit.

autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.

C. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

A. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio.

C. Cùm autẽ videritis circundari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.

B. Cùm autem videritis abhominationem deſolationis ſtantem.

C Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius, diſcedant, & qui in regionibus, nó intrent in eam.

A. Tunc qui in Iudea ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, nó deſcendat tollere aliquid

A. Cũ ergò videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele Propheta.

B. Vbi non debet.

A. In loco ſancto, qui legit intelligat.

B. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiãt ad mõtes, & qui ſuper tectum, ne deſcẽdat in domũ, nec introeat, vt tollat quid de domo ſua, & qui

in agro, non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum.

quid de domo ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Væ autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.

C. Quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt: væ autẽ pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.

B. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate verò vt hyeme non fiant.

A. Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbato.

B. Erunt enim dies illi, tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vſque nunc, neque fient.

A. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neq; fiet.

C. Erit enim preſſura magna ſuper terrã, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.

B. Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro, ſed propter electos quos elegit, breuiauit dies.

A. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

CAP. C.XXIII.

A. 24. Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce illic, nolite credere: ſurgẽt enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ. & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt etiam electi. ca. 97. a

B. Vos ergò videte, ecce prædixi vobis.

B 23. Et tũc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis, exurgẽt enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt etiam electos.

A. Ecce prædixi vobis.

A. Si ergo dixerint vobis ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere: Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ita erit & aduentus filij hominis, vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

C. 21. Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentiũ, præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ, areſcẽtibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ

quæ ſuperueniet vniuerſo orbi, nam virtutes cœlorum mouebuntur.

A. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuũ, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna & congregabunt electos eius à quatuor ventis à ſummis cœlorum, vſque ad terminos eorum.

C. His autem fieri incipiẽtibus, ſuſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem.

B. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam, ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, & ſtellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ in cœlis ſunt, mouebuntur, & tũc videbunt filium hominis venientẽ in nubibus, cum virtute multa & gloria, & tunc mittet Angelos ſuos, & cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis à ſummo terræ, vſque ad ſummum cœli.

C. Et tunc videbũt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate.

B. A ficu autem diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas: Sic & vos cum videri-

A. Ab

tis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in hoſtijs. Amē dico vobis, quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

c. Videte ficulneā & omnes arbores, cùm producunt iā ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas: Ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei: Amen dico vobis, quia non preteribit generatio hęc; donec omnia fiant. cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non traſibuūt.

A. Ab arbore autem fici, diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas: Ita & vos, cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant: cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

A. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.

B. De die autem illa vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater.

VIGILANDVM.

CAP. C.XXIIII.

B. 13. Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit.

C. 21. Attendite autem vobis, ne forte grauētur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vobis repentina dies illa, tanquā laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſu-
12.97.c. per faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtate ante filium hominis. (*Erat autem. cap.* 127.

A. 24. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis: ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedētes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuiū, & tulitq; omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola, vna aſſumetur & vna relinquetur, duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Vigilate ergò quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam: Ideò & vos eſtote parati, quia

qua

qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudēs, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore, beatus ille ſeruus, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem: Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum: Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram faciet dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrióſis, veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium.

B. Sicut homo qui peregre profectus, reliquìt domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilate ergò, neſcitis enim quando dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cùm venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. (*Erat autem. cap.* 128.

DECEM VIRGINES.

CAP. C.XXV.

¶ A. 25. Tūc ſimile erit regnum cœlorm
decem virginibus, quæ accipientes lampa
das ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſpon-
ſæ. Quinque autem ex eis erant ſatuæ, &
quinq; prudentes: ſed quinq; fatuæ acce-
ptis lampadibus, nō ſumpſerunt oleum ſe-
cum; Prudentes vero acceperūt oleum in
vaſis ſuis cum lampadibus; Moram autem
faciente ſponſo, dormitauerunt omnes &
dormierunt: Media autē nocte clamor fa-
ctus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam
ei. Tunc ſurexerunt omnes virgines illæ,
& ornauerunt lampades ſuas: Fatuæ autē
ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo
veſtro, quia lampades noſtræ extingūtur:
Reſponderunt prudētes, dicentes; Ne for
te non ſufficiat nobis & vobis, ite potius
ad vendentes, & emite vobis. Dum autem
irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ
erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, &
clauſa eſt ianua. Nouiſſime verò veniunt
& reliquæ virgines, dicentes: Domine Do
mine

mine aperi nobis; At ille reſpondens, ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque quia neſcitis diem neque horam.

TALENTA

CAP. C.XXVI.

A. 25. Sicut enim homo peregre proficiſcẽs, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuiq; ſecundum propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque; Similiter & qui duo accceperat lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiẽs fodit in terram, & abſcondit pecuniã domini ſui. Poſt multum verò temporis venit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cũ eis. Et accedẽs qui quinque talẽta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Dñe quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſti-

conſtituam, intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine ſcio quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij & abſcondi talentum in terra, ecce habes quod tuum eſt. Reſpondens autem dominus eius dixit ei, ſerue male & piger, ſciebas quod meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego, recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

IVDICIVM.

CAP. CXXVII.

A. 25. Cùm autem venerit Dominus in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis.hædos autem à ſiniſtris. Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & cooperuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem, & pauimus? ſitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum & cooperimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens Rex, dicet illis,

Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris eius erũt. Diſcedite à maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potũ: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & non operuiſtis me; Infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem aut ſitientem? aut hoſpitem? aut nudum? aut infirmum? aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: Iuſti autem in vitam æternam.

C. 21. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti, & omnis populus mane ibat ad eum in templo, audire eum.

PACTIO.

Iſtud contigit tertio die ab ingreſſu ſolemni in Hieruſalem.

ſalem, id eſt, die martis, ſeu feria tertia,& ſignificatur Paſcha cœpiſſe biduo poſt, id eſt, ad veſperam feriæ quintę, quæ erat initium ferię ſextæ.

CAP. C. XXVIII.

¶ C. 22. Appropinquabat autem dies feſtus azimorum, qui dicitur Paſcha.

¶ B. 14. Erat autem Paſcha & azima poſt biduum.

¶ A. 26. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduũ Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt Principes ſacerdotum, & ſeniores populi, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & Concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

B. Et quærebant ſummi ſacerdotes & ſcribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent.

a. Et quærebant Principes ſacerdotum & ſcribę, quomodo eum interficerent.

C. Timebãt verò plebem.

B. Dicebant autem non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. (1 *Et cum eſſet. cap.* 109.

A. Dicebant autem non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in Populo. (1 Cum autem. cap. 109.

C.Intrauit autem ſatanas in Iudam, qui cognominabatur Iſchariotes, vnum de duodecim.

A.Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iſchariotes ad Principes ſacerdotum.

C.Et loqutus eſt cum principibus ſacerdotum & magiſtratibus quẽadmodum illum traderet eis.

C. Et abijt.
B. Et Iudas Iſchariotes vnus de duodecim, abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.

A. Et ait illis, quid vultis mihi dare,& ego vobis eũ tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.

C. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare,& ſpopondit.Et quærebat oportunitatem, vt traderet illum ſine turbis.

B Qui audientes, gauiſi ſunt,& promiſerunt ei pecuniam ſe daturos,& quærebat quomodo illum oportunè traderet

A. Et exinde quærebat, oportunitatem, vt eum traderet.

1. *Matt. & Mar. ideo, nullam hic ſignificant cohærentiam, quia quod hic de muliere narrant, alio tempore contigit. Ideo autem hic narrant, quia hæc cauſa fuit Iudæ tradendi Dominum, nam nec potuit Iudas diuinare, eadem hora congregatos phariſæos: Nec ſi diuinaſſet, eadem hora potuit exire Bethaniam, & adhuc inuenire congregatos, præſertim cum veriſimile ſit & pene certum*

hanc

bant cœnam veſperi contigiſſe, & ſi alia eſſet, quomodo auſi fuiſſent diſcipuli indignari, cum me miniſſent paulo ante, tam grauiter Iudam reprehenſiſſe.

AGNVS PASCHALIS.

Contigit veſpera feriæ quintæ, ſeu ineunte feriæ ſextæ eo enim anno hæc erat decima quarta luna primi menſis.

CAP. C.XXIX.

A. 26. Prima autem die azimorũ, acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?

B. Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum, & quocunq; introierit, dicite domino dom⁹ quia Magiſter dicit.

A. Et dicite ei Magiſter dicit.

C. 22. Venit autem dies azimorum, in qua necesſe erat occidi Paſcha.

B. 14. Et primo die azimorum quãdo Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli: quo vis eamus & paremus tibi, vt manduces Paſcha?

A. At Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam.

C. Et miſit Petrum & Ioannem dicens: euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus. At illi dixerũt, vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus

 vobis

vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans, ſequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patri familias domus. Dicit tibi Magiſter.

A. tempus meũ prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.

C. Vbi eſt diuerſoriũ, vbi Paſcha cũ diſcipulis meis manducem? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratũ & ibi parate.

B. Et abierunt diſcipuli eius & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt ſicut dixerat eis & parauerũt Paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim.

1 (*Et diſcumbentibus*. c. 132.

B. Vbi eſt refectio mea, ubi Paſcha cũ diſcipulis meis manducem? Et ipſe demonſtrabit uobis cœnaculũ grande ſtratum, & illic parate nobis.

C. Euntes autẽ, inuenerunt ſicut dixit illis. Et parauerunt Paſcha.

A. Et fecerũt diſcipuli ſicut cõſtituit illis Ieſus. Et parauerunt paſcha. Veſpere autem facto diſcumbebat cũ diſcipulis ſuis. (2 Et edentibus. ca. 132

C. Et cùm facta eſſet hora[a] diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. [a] Et ait illis; Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite

pite & diuidite inter vos, dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.

1. Iuxta præceptum Dei per Moyſen: nam ex traditione differebatur. Vide annot. 1. cap ſequent.
2. Vide titul. cap. 132,
3. Licet Auguſt. iſtud intelligat de calice ſacro, longè tamen veriſimilius eſt iſtud pertinere ad finem cœnæ Paſchalis.

LOTIO PEDVM.

Communis ſententia habet lotionem pedum factam, poſt eſum agni, ante inſtitutionem Euchariſtiæ. Quod & ex eo ſatis intelligitur, quod Dominus ſurrexit à cœna loturus pedes, & poſt lotionem iterum recubuerit.

CAP. C.XXX.

¶ D. 13. [1] Ante diem feſtum Paſchæ, ſciẽs Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta cùm diabolus iã miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſchariotes: ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit,

uit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergò ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine nõ tãtum pedes meos, ſed & manus & caput. Dixit ei Ieſus. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus: Et vos mundi eſtis, ſed non omnes, ſciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum, propterea dixit non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergò lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua, & cùm recubuiſſet iterũ, dixit ei: Scitis quid fecerim vobis, vos vocatis me magiſter & Dñe, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergò ego laui pedes veſtros. Dñs & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vo-

di vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. (*Amen. cap. 132.*

1\. *Ante. iuxta traditionem qua conſtitutum erat, vt cum Paſcha incideret in Paraſceuen transferretur in ſabbatum ſequens, ne duo eſſent continua feſta. Et Chriſtus ergo tum Paſcha manducauit, cũ erat maducandum, & Iudæi cum eis ex traditione erat legitimum. Sicq; poſtea ſemper loquitur Io de Paſchate.*

EVCHARISTIA.

CAP. CXXXI.

C 22 Et accepto pane, gratias egit, & fregit & dedit eis dicens:
B 14 Et manducātibus illis, accepit Ieſus panem & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait illis, ſumite. hoc eſt corpus meum.
A. Hoc eſt corpus meum.
C Similiter & calicem
B. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis.
C. Dicens. Hic eſt

A. 26. Cœnantibus autẽ eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: accipite & comedite.
C. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem.
A. Et accipiens calicem:
C. Poſtquam cœnauit.
A. gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc oẽs.
B. Et

B. Et biberunt ex illo oẽs. A. Hic eſt enim Sanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vſq; in diem illum, cùm illud bibã vobiſcum nouũ in regno patris mei. *Et hymno cap. ſeq. in fine.*

calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. B: Et ait illis: Hic eſt ſanguis me' noui teſtamẽti, qui ꝓ multis effundetur. Amen dico vobis, quia iã non bibam de genimine vitis, vſq; in diẽ illũ cũ illud bibã nouũ in regno Dei. (Et hymno c. ſequẽt. i fin.

NOTATIO ET EGRESSVS PRODITORIS.

Luc. Omnino ſignificat factam mentionem proditoris poſt Euchariſtiam, idemq́, planè apparet ex Io. cũ enim dixit dominum iterũ recubuiſſe, omiſſa Euchariſtiæ inſtitutione quia ſatis erat ab alijs explicata, poſtea ſubdit notationem, & egreſſum proditoris, ſatis enim certum eſt Euchariſtiam inſtitutam, ſimulatq; Dominus iterũ recubuiſſet. Ideò interrumpenda fuit narratio Matt. & Mar. non enim dubitari poteſt, quin idem narrent Matt. Mar. & Luc. & ex contextu ſatis apparet, quam ſibi conſentiat Euangeliſtarum narratio, primum enim diſcipuli, ut cognoſcerẽt proditorem ſe mutuo aſpexerunt, tum Dominum quiſq; de ſe interrogarunt, tertiò Ioãnes rogatus, petiuit a Domino quis eſſet.

CAP. CXXXII.

D. 13. Amen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque Apoſtolus maior eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico, ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur ſcriptura. Qui manducat meũ panem, leuabit contra me calcaneũ ſuum Amodo dico vobis, priuſquam fiat, vt cũ factum fuerit credatis, quia ego ſum. Amẽ amen dico vobis, qui accipit ſi quem miſero, me accipit, qui aũt me accipit, accipit eũ qui me miſit. Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu & proteſtatus eſt.

A. 26. Et edẽtibus illis, dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt. D. Et dixit. B. Amen dico vobis quia, vnus ex vobis tradet me.

B. 14. Et diſcumbentibus & manducantibus ait.

C. 22. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecũ eſt in menſa.

D. Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.

B. Qui manducat mecũ:

D. Aſpiciebant ergò diſcipuli hæſitanes de quo diceret.

B. At

B. At illi cęperūt cōtriſtari. A. Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere, nūquid ego ſum Domine? At ipſe reſpondēs ait: vnus ex duodecim qui intingit me cum manum in paropſide hic me tradet. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem homini illi, per quē filius hominis tradetur, bonum erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nūquid ego ſum rabbi? Ait illi. Tu dixiſti.

B Et dicere ei ſingulatim, nunquid ego? Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecū manum in catino. Et filius quidē hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo. Væ autem homini illi, per quē filius hominis tradetur bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille. (ſic manducantibus cap 13 c. Et quidem filius hominis ſecūdum quod diffinitum eſt vadit veruntamen væ homini illi per quem tradetur.

C. Et ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.

D. Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergò huic Simon Petrus & dixit ei. Quis eſt de quo dicit? Itaque cū recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpondit Ieſus. Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intin

xiſſet panẽ. dedit Iudæ Iſchariotæ. Et poſt bucellam tunc introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Ieſus. Quod facis, fac citiùs. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentiũ ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus, eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis vt aliquid daret. Cum ergò accepiſſet ille bucellam exiuit continuo. Erat autem nox. Cùm ergò exiſſet dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo: ſi Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuò clarificabit eum.

B. Et 1 hymno dicto, exierũt in montem Oliueti.	A. Et 1 hymno dicto, exierunt in montem Oliueti.

1 *Omnino veriſimile eſt, hic dictum hymnum, & ſurrexiſſe exituros, manſiſſe tamen adhuc aliquãdiu in cœnaculo, & fortè etiã vt fit conſediſſe, exierunt ergò, id eſt, ſurrexerunt exituri.*

CONTENTIO. PRAEDICTIO NEGATIONIS.

Luc. Satis ſignificat hanc contentionem ante prædictionem negationis contigiſſe, ideò hic ponẽda fuit

CAP. CXXXIII.

C. 22. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior? Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper ipſos benefici vocantur, vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fit ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat: vos autem eſtis qui manſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut dipoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſã meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ait autẽ Dominus Simoni, Simõ Simon ecce ſatanas expetiuit vos vt cribaret ſicut triticum. Ego autẽ rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos.
D. 13. Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum, quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, quo ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico modò. Mandatum nouum do vobis, vt

bis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Simon Petrus: Domine quo vadis? Reſpondit Ieſus: Quod ego vado, non potes me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus, quare nõ poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus. Animam tuam pro me pones?

C. Qui dixit ei, Domine tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire.

B. 14 Et ait illis Ieſus: Omnes ſcandalizabimini ĩ me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt, percutiã paſtorem, & diſpergentur oues. Sed poſtquã reſurrexero pręcedã vos in Galilæã. Petrus aũt ait illi. Etſi omnes ſcãdalizati fuerint, ſed non ego.

C. At ille dixit: Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges, noſce me.

D. Amen amen dico tibi, non canta-

A. 26. Tũc dicit illis Ieſus, omnes vos ſcãdalum patiemini in me ĩ iſta nocte ſcriptum eſt enim, percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero præcedã vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcãdalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

B. Et ait illi Ieſ⁹. Amẽ dico tibi Petre, quia tu hodie

in no

in nocte hac priuſquã gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, & ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant (*Et veniunt c.* 137.

bit gallus donec ter me neges. A Ait illi Ieſus Amē dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo, ſimiliter omnes diſcipuli dixerunt. (Tunc venit c. 137

C. Et dixit eis, quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamẽtis, nũquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergò eis: Sed nunc qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram, & qui non habet vẽdat tunicam ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me, & cũ iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, ſatis eſt. (*Et egreſſus cap.* 137.

SERMO POST COENAM.

CAP. CXXXIIII.

¶ D. 14. Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetur cor

tur cor veſtrũ, creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mãſiones multæ ſunt, ſi quo minus dixiſſem vobis quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiã vos ad meipsũ, vt vbi ſum ego, & vos ſitis, & quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas Dñe neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? Dixit ei Ieſus. Ego ſum via veritas & vita nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis, & amodo cognouiſtis eum & vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Domine oſtende nobis patrem & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis oſtende nobis patrem? Non credis quia ego ĩ patre, & pater in me eſt? Verba Ca.92.d.
quæ ego loquor vobis à meipſo non loquor. Pater autem in me manens ipſe facit opera. Non credis quia ego in patre & pater in me eſt? Alioqui propter opera ipſa credite. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe

faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado,& quodcunque petieritis in nomine meo hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciã. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritũ veritatis quem mundus non poteſt accipere quia non videt eum,nec ſcit eum. Vos aũt cognoſcetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit,non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo,& vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in patre,& vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me; qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum,& manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas non ille Iſchariotes. Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſũ & nõ mundo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,

veniemus, & manſionem apud eum facie mus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hæc loquutus ſum vobis apud vos manẽs. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, ſed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio. Surgite eamus hinc.

1 *Volunt quidam Dominum nondum egreſſum, ſed totum ſermonẽ et orationẽ eodem loco perfeciſſe. Sed veriſimilius eſt ſequentia dicta in via extra*

Hieruſalem, preſertim cum ſerum eſſet, & longiuſcula via vt facile hæc dici & intelligi potuerunt a diſcipulis in via.

CONTINVATIO SERMONIS.

CAP. CXXXV.

¶ D. 15. Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt, omnem palmitẽ in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eũ, vt fructum plus adferat. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem quem loqutus ſum vobis. Manete in me, & ego in vobis: Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic & vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet & colligẽt eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunq; volueritis petetis & fiet vobis]. In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum adferatis, & efficiamini

mini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loqutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. Hoc eſt præceptum meũ, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Iam non dico vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui uos ut eatis, & fructum adferatis, & fructus ueſter maneat, ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Hoc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret, quia verò de mũdo nõ eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.

Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis, Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſequuti ſunt,& vos perſequẽtur, ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrũ ſeruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum,quia neſciunt eum qui me miſit. Si non veniſſem & loquutus fuiſſem eis,peccatum non haberent:Nunc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo. Qui odit me, & patrem meum odit, ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit,peccatũ non haberent, nũc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meũ. Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis.Cùm autem venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, Spiritum veritatis qui à patre procedit,ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

CONTINVATIO.

CAP. CXXXVI.

¶ D. 16, Hæc loqutus ſum vobis, .. non ſcanda-

ſcandalizemini. Abſque ſynagogis faciẽt vos,ſed venit hora,vt omnis qui interficit vos,arbitretur ſe obſequiũ præſtare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me: ſed hæc loquutus ſum vobis, vt cùm venerit hora,eorum remini ſcamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis,ſed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum: ſed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero,paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eũ ad vos. Et cùm venerit ille arguet mundum de peccato,de iuſtitia,& de iudicio. De peccato quidẽ,quia nõ credũt in me. De iuſtitia verò, quia ad patrem vado,& iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mũdi iã iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunque audiet loque

tur,& quæ ventura ſunt annunciabit vobis, Ille me clarificabit,quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcunque habet pater mea ſunt,propterea dixi quia de meo accipiet & anuunciabit vobis.Modicum & iam non videbitis me,& iterum modicum & videbitis me quia vado ad patrem. Dixerunt ergò ex diſcipulis eius ad inuicem. Quid eſt hoc quod dicit nobis,modicum & non videbitis me,& iterũ modicum & videbitis me,& quia vado ad patrem? Dicebãt ergo, quid eſt hoc quod dicit modicum(Neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Ieſus quia volebant eũ interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contriſtab mini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit,triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis,iterum au-

rum au-

rum aũt videbo vos, & gaudebit cor ve-
ſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à
vobis. Et in illo die me nõ rogabitis quic-
quam. Amen amen dico vobis, ſi quid pe
tieritis patrem in nomine meo, dabit vo-
bis, vſque modo nõ petiſtis quicquã in no
mine meo, petite & accipietis, vt gaudium
veſtrũ ſit plenum. Hæc in prouerbijs loqu
tus ſum vobis, venit hora cum iam non in
prouerbijs loquar vobis, ſed palam de pa
tre meo anunciabo vobis. In illo die in no
mine meo petetis. Et nõ dico vobis, quia
ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enim pa
ter amat vos, quia vos me amaſtis & cre-
didiſtis quia à Deo exiui. Exiui à patre &
veni in mundum. Iterum relinquo mun-
dum & vado ad patrem. Dicunt ei diſci-
puli eius. Ecce nunc palam loqueris, &
prouerbiũ nullũ dicis. Nunc ſcimus quia
ſcis omnia, & non opus eſt tibi vt quis te
interroget, in hoc credimus, quia à Deo
exiſti. Reſpondit Ieſus. Modò creditis. Ec
ce venit hora & iam venit, vt diſpergami-
ni vnuſquiſque in propria, & me ſolum re
linquatis, & non ſum ſolus, quia pater me
cum eſt. Hæc loquutus ſum vobis, vt in me
pacem

pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite ego vici mundum.

ORATIO IESV.

CAP. C.XXXVII.

¶ D. 17. Hæc loqutus eſt Ieſus, & ſublevatis oculis in cœlum, dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquam mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo, tui erant & mihi eos dediſti, & ſermonẽ tuũ ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt, quia verba quæ dediſti mihi dedi eis, & ipſi acceperunt & cognouerunt vere qùia à te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro

pro eis rogo, nõ pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt,& clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnũ ſicut & nos. Cum eſſem cum eis ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum,& mundus eos odio habuit, quia nõ ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed pro eis qui credituri ſunt, per verbum [illegible]rum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu

pater

pater in me,& ego in te,vt & ipſi in nobis vnum ſint,vt credat mūdus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum ſicut & nos vnū ſumus. Ego in eis & tu in me,vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus quia tu me miſiſti,& dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum,vt videant claritatem meam quam dediſt mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater iuſte, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerūt quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum,& notum faciam,vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

HORTVS.

CAP. C.XXXVIII.

¶ D. 18. Hæc cum dixiſſet Ieſus [1] egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron.

C.22,Et egreſſus, ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarū, ſequuti ſunt autem illum & diſcipuli.

B. 14. Et veniunt in prædium cui nomen Gethſemani, & ait diſcipulis ſuis.
A. Et dixit diſcipulis ſuis.

A. 26. Tunc venit Ieſus cũ illis, in villam quæ dicitur Gethſemani.

D. Vbi erat hortus in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius.

B. Sedete hic donec orem, & aſſumit Petrum, & Iacobum, & Ioanné ſecum & cœpit.

C. Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis.

A. Sedete hic donec vadã illuc & orem.

C. Orate ne intretis in tentationem.

A. Et aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

B. Et ait illis, triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſuſtinete & vigilate, & cum proceſſiſſet paululum.

B. Pauere & tædere.

A. Tunc ait illis: triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. ſuſtinete hic & vigilate mecum.

A. Et progreſſus, puſillum procidit.

C. Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis, & poſitis genibus.

B. Procidit ſuper terram.

A. In faciem ſuam.

A. Orans & dicẽs: pater mi.

B, Et orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora. & dixit. Abba Pater.

A. Si

A. Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.
B. Oīa tibi poſſibilia ſunt.
C. Pater ſi vis, transfer calicem iſtum à me, veruntamen nō mea voluntas ſed tua fiat. (² *Apparuit. infr.*

A. Veruntamen nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu, & venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes.

Et cum ſurexiſſet ab oratione & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia, & ait illis: Quid dormitis, orate ne intretis in tentationem. (*Adhuc. infr.*

B. Transfer calicē hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu, & venit & inuenit eos dormientes.

B. Et ait Petro. Simon dormis, non potuiſti vna hora vigilare?
A. Sic nō poteſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē; ſpiritus quidem promptus eſt; caro autem infirma. Iterum ſecundo abijt & orauit eundem ſermonē, dicens: Pater mi, ſi non poteſt calix hic tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua; & venit, & iterum inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum

B. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autē infirma. Et iterum abiens, orauit eundem ſermonem, dicens: & reuerſus denuò, inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati.

rum

rum grauati.

B. Et ignorabant quid reſponderent ei.

A. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio eundem ſermonem dicens.

C. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum, & factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

(Et cum ſur. ſupr.

A. Tunc venit tertio ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite iam, & requieſcite. ſufficit. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus ecce appropinquauit qui me tradet.

B. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requieſcite, Sufficit, venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorū. Surgite, eamus, ecce qui me tradet prope eſt.

D. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia Ieſus frequenter conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergò cùm accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

B. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iſchariotes vnus de duodecim, & cum eo tur-

C. Adhuc eo loquē te ecce turba.

A. Adhuc eo loquē te, ecce Iudas vnus è duodecim venit,

B. Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait Rabbi; & oſcultatus eſt eum.
C. Ieſus autem dixit illi.
B. At illi manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum, vnus autem quidã de circunſtantibus, educens gladium, percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis, & amputauit illi auriculam.

C. Et percuſſit vnꝰ ex illis ſeruũ principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.
A. Extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruũ principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius; Tunc ait illi Ieſus. conuerte gladium tuũ in locum ſuum.

A. Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum, dixitq; illi Ieſus. Amice ad quid veniſti?
C. Iuda oſculo filium hominis tradis?
A. Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.
C. Videntes autem hi qui circa ipſum, erat, quod futurũ erat, dixerunt ei. Dñe ſi percutimus in gladdio?
A. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu.
D. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eũ, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculã eius dexteram, erat autem nomen ſeruo Malchus.
C. Reſpondens aũt Ieſus ait: Sinite vſque huc, & cũ tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.

(C 22) Comprehēdentes autem eum duxerunt ad domū principis ſacerdotum. Petrus vero ſequebatur eum à longe. Accenſo autem igne in medio atrii, & circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. (Quem cum cap. ſequ.
A. Petrus aūt ſequebatur eum à longe vſq; intro in atriū pricipis ſacerdotū, & ingreſſus itro, ſedebat cū miniſtris.
B. Petrus aūt à longe ſequutus eſt eum.

principem ſacerdotū, vbi ſcribæ & ſeniores conuenerant.

B. Et conuenerūt oēs ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores

D. Sequebatur autem Ieſum a longe Simon Petrus & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & intrauit cum Ieſu in Atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat ad hoſtium foris. Exiuit ergò diſcipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit hoſtiariæ, & introduxit Petrum.

(1 *Dixit ergo. cap. ſequ.*

B. Vſq; intrò in atrium ſummi ſacerdotis.

C. Accēſo aūt igne in medio atrij, & circū ſedētibus illis. erat Petrus in medio eorū.

B. Et ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.

A. Vt videret finem.

D. Pontifex ergò interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam loqutus ſum

mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loqutus ſum nihil, quid me interrogas, interroga eos qui audierunt quid loqutus ſum ipſis, eece hi ſciunt, quæ dixerim ego. Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum, dedit alapam Ieſu, dicens: ſic reſpondes Pontifici. Reſpõdit ei Ieſus. Si male loqutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. ſi autẽ bene, quid me cædis. Et 2. miſit eum Annas ligatum ad Caipham. (*Erat autem. cap. ſeq.*

A. principes autem ſacerdotũ, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium cõtra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.

B. Summi vero ſacerdotes, & omne Concilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant.

B. Multi autem falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant.

A. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt, hic dixit

B. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebãt aduerſus eum, dicentes: quoniam.

B. Nos audiuimus eum

dicen-

dicentem.

A. Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.

B. Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & poſt triduum aliud non manu factum ædificabo, & non erat conueniens teſtimonium illorum. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ieſum, dicēs: Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his. Ille autem tacebat & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dixit eis: Tu es Chriſtus filius Dei benedicti?

A. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi. Nihil rēſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur. Ieſus autē tacebat, & princeps ſacerdotū ait illi.

A. Adiuro te per Deū viuū vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.

B. Ieſus autem ait illi.

B. Ego ſum.

A. Veruntamē dico vobis. Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc Princeps ſacerdotum ſcidit ve-

B. Et videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli. Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait,

 ſtimenta

Matt.et Mar.omnes negationes ſimul narrãt, poſt totum iudicium Caiphæ, quo loco viſum eſt commodius has ponere, cùm non poſſet omnium narrationis ordo ſeruari. Luc. enim omnes ſimul ante illuſionem narrat, Io.primam, ante Caiphæ interrogationem, reliquas poſt. Itaque nonnihil interrumpendæ fuerunt, narrationes Luc.& Io.Optimè vero cohærent omnium narrationes, vt videre licet ex contextu: ſed alij alias occaſiones negationis adferunt; & ſine dubio Petrus in ſingulis trium negationum pluries negauit, ſunt tamen tantum tres negationes vt patet ex textu.

CAP. CXXXX.

C. 22 Quē cùm vidiſſet ancilla quædam.

A. 26 Petrus verò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens.

B. Aſpiciens eum ait, & tu cum Ieſu Nazareno eras, at ille negauit dicēs.

B. 14. Et cum eſſet Petrus in atrio deorsũ, venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, & cùm vidiſſet Petrũ calefacientem ſe.
C. Sedentem ad lumen, & eum fuiſſet intuita, dixit, & hic cum illo erat.
D. Dixit ergò Petro ancilla hoſtiaria, nunquid & tu ex diſcipulis es hoīs iſt.⁹ ?
A. Et tu

A. Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit corã omnibus dicens: Neſcio quid dicis. D. Dicit ille. C. At ille negauit, dicens.

D. Non ſum.

C. Mulier non noui illum.

B. Neque ſcio neque noui quid dicas.

D. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. (*Pontifex ergò cap. ſup.*

B. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit.

A. Exeunte aũt illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, & ait his qui erant ibi, & hic erat cum Ieſu Nazareno. B. Rurſus autem cùm vidiſſet eũ ancilla, cœpit dicere circunſtantibus, q hic ex illis eſt.

D. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe.

C. Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: & tu de illis es.

C. Dixerunt ergò Petro, nunquid & tu ex diſcipulis eius es? B. At ille iterum negauit.

A. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. D. Et dixit. D. Negauit ille. B. Petrus vero ait, D. Non ſum.

C. O homo non ſum. Et interuallo facto quaſi

quaſi horæ vnius, alius quidã affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus eſt.

A. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: verè & tu ex illis es. nam,

B. Et poſt puſillum, rurſum qui aſtabant, dicebant Petro. Verè ex illis es, nam & Galilæus es.

A. Et loquela tua manifeſtum te facit.

D. Dicit ei vnus ex ſeruis Pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam, nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergò negauit Petrus.

C. Et ait Petrus, homo neſcio quid dicis.

B. Ille auté cœpit.

A. Tunc cœpit deteſtari.

B. Anathematizare & iurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis.

A. Et iurare, quia non nouiſſet hominem, & continuo gallus cantauit, & recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, qui dixerat illi, priuſquam gallus cãtet, ter me negabis, & egreſſus foras, fleuit amare.

C. Et continuo adhuc illo loquente gallus iterum cãtauit. Et conuerſus Dominus, reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini ſicut dixerat, quia priuſquam gallus cãtet bis, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus, fleuit

D. Et ſtatim gallus cantauit.

B. Et ſtatim gallus iterum cantauit, & recordatus eſt Petrus verbi quod di-

ait illis. Si vobis dixero, non credetis mihi, ſi autem interrogauero non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerũt aũt omnes. Tu ergò es filius Dei? Qui ait. Vos dicitis quia ego ſum. At illi dixerũt, quid adhuc deſideramus teſtimoniũ, ipſi enim audiuimus ex ore eius.

¶ 23. Et ſurgens omnis multitudo eorũ.

C. Duxerunt eum ad Pilatum.
B. Duxerunt & tradiderunt Pilato.

B. Vincientes Ieſum.
A. Et vinctum adduxerũt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

Tunc videns Iudas qui eũ tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, quid ad nos, tu videris. Et proiectis argenteis in tẽplo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotũ acceptis argẽteis, dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbonam, quia precium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille haceldema,

 hoc

hoc eſt ager, ſanguinis, vſque in hodiernũ diem. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophætam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quẽ appreciauerũt à filijs Iſrael, & dederunt eos in agrũ figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

ACCVSATIO. EXAMEN PILATI. MISSIO AD HERODEM.

Quam pulchrè conſentiant Euangeliſtæ, & ſe mutuo expleant & explanent, contextus oſtendit.

CAP. CXLII.

D. 18. Adducunt ergò Ieſum à Caipha in prætoriu m, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergò ad eos Pilatus foras & dixit, Quam accuſationẽ adfertis aduerſus hominem hunc? Reſpõderunt & dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eũ. Dixit ergò eis Pilatus, accipite eum vos, & ſecũ dum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt

runt ergò ei Iudæi, nobis non licet interfi cere quenquam, vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificãs qua morte eſſet mo riturus.

C. 23. Cœperunt autem illum accuſare, di centes: Hunc inuenimus ſubuertentem gẽ tem noſtram, & prohibẽtem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regẽ eſſe.

D. Introiuit ergò iterum Pilatus in prætorium, & vocauit Ieſum.

B. 15 Et interrogauit eum Pilatus Tu es Rex Iudæorum? At ille Reſpó dens, ait illi.
A. Dicẽs tu es Rex Iudæorum? Dicit ei Ieſus.
C. Pilatus autẽ interrogauit eum, dicens: Tu es Rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait:

A. 27. Ieſus autẽ ſtetit ante Præſidem, & interrogauit eum Præſes.

D. Et dixit illi: Tu es Rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus.

A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Reſpondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus ſum, gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpondit Ieſus. Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus. Ergò

Rex

ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valde, erat enĩ cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de eo, & ſperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus, & ipſe nihil illi reſpõdebat. Stabant autem & Principes ſacerdotum, & ſcribæ conſtãter accuſantes eũ. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in illa die, nam antea inimici erant ad inuicem.

BARABBAS. FLAGELLATIO. CORONATIO CONDEMNATIO.

CAP. CXLIIII.

C. 23. Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos.

Obtuliſtis mihi hominem hũc, qui ſi auertentem populum, & ecce ego corã vobis

Interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes; nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei, emendatum ergò illum dimittam.

A. 17. Per diem autem ſolennem conſueuerat præſes populo dimittere vnũ vinctum quem voluiſſent: habebat autem tunc vinctum inſignem qui diceba tur Barabbas.

C. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtũ vnum.

B. 15. Per diẽ autẽ feſtum ſolebat dimittere eis vnum ex vinctis quẽcunque petiiſſent, erat autem qui dicebatur Barabbas.

B. Qui cùm ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cùm aſcendiſſet turba, cępit rogare ſicut ſemper faciebat illis.

A. Congregatis ergò illis, dixit Pilatus.

Pilatus autem reſpõdit eis & dixit

D. 18. Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittã vobis in paſcha; vultis ergò dimittam vobis Regem Iudæorum.

A. Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Ieſũ qui dicitur Chriſtus?

B. vultis dimittam vobis Regẽ Iudæorum.

B. Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum

A. Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum (Sedente infra

ſummi

ſummi ſacerdotes.

B. Pontifices autē.

A. Principes autem ſacerdotum & ſeniores.

B. Concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis.

A. Perſuaſerunt populo vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent. Reſpondens autem præſes ait illis, quem vultis vobis de duobus dimitti?

D. Clamauerunt rurſum omnes dicentes.

C. Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba dicēs.

A. At illi dixerunt, Barabbā, dicit eis Pilatus

D. Non hunc, ſed.

C. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

D Barabbam.

D. Erat autem Barabbas latro.

C. Qui erat propter ſeditionem quādam factam in ciuitate, & homicidium, miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos volens dimittere Ieſum.

B. Pilatus autē iterum reſpondēs, ait illis. Quid igitur faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, crucifige eū, Pilatus verò dicebat illis, qd enim mali fecit.

A. Quid igitur faciā de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes, crucifigatur.

C. At illi ſucclamabant dicentes: crucifige, crucifige eum. Ille autē tertio dixit

ad illos. Quid enim mali fecit iſte? nullā cauſā mortis inuenio in eo, corripiā ergo illum & dimittam.

A. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit?

At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum.

A. At illi magis clamabāt, dicentes, crucifigatur (²*Videns autem infr.*

B. At illi magis clamabant.

B. Crucifige eum (² *Pilatus autem in fine*.

¶ D. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. &

A. Tūc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio.

B. Milites autem.

D. Milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerūt capiti eius, & veſte purpurea circumdederunt eum.

B. Duxerunt eū in atrium prætorij. &

A. Congregauerunt ad eū vniuerſam cohortē, & exuētes eum, clamidem coccineam circumdederūt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextra eius.

B. Conuocāt totā cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectētes ſpineam coronam.

D. Et veniebant ad eum.

A. Et genuflexo ante eum illudebant ei,

B. Et

B. Et cœperunt ſalutare eum.

A. Dicentes, aue Rex Iudæorum.

D. Et dicebant, aue Rex Iudæorum.

B. Aue rex Iudæorum.

A. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem.

A. Et percutiebant caput eius (Et poſtquam cap. ſeq.

B. Et percutiebāt caput eius arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum (*Et poſtquam cap. ſeq.*

D. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus, & dicit eis. Ecce, adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, quia nullā inuenio in eo cauſam. Exiuit ergò Ieſus foras, portans coronā ſpineam & purpureum veſtimentū. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergò vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant dicentes: Crucifige crucifige eū. Dicit eis Pilatus. Accipite eū vos & crucifigite, ego enim nō inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi, nos legē habemus & ſecundum legem debet mori, quia filiū Dei ſe fecit. Cū ergò audiſſet Pilatus hūc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum, Et dicit ad Ieſum. Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei, Dicit ergò ei Pilatus. Mihi non lo-

ego sũ à ſanguine iuſti hui⁹, vos videritis. Et reſpõdens vniuerſus populus dixit, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

C. Et Pilatus. A. Tũc dimiſit eis Barabbam, Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur (Tunc milites ſupr. B. Dimiſit illis Barabbam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum vt crucifigeretur (Milites autẽ, ſupr.

B. Pilatus autẽ volens populo ſatisfacere.

C. Adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus erat in carcerem Barabbam quẽ petebant. Ieſum verò tradidit voluntati eorum.

D. Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

¹ *Vix dubium quin hoc ſit anticipatum a Matt. hæc enim non ſunt acta à Pilato ſedente pro tribunali.*

² *Nec dubium quin hic Matt & Mar. anticipent iudicium, contigit enim poſt flagellationem & coronationem, bis aũt coronatum non eſt veriſimile.*

³ *Dicit quaſi ſexta, quia maior pars tertiæ tranſierat, aberat tamen hora ſexta facile vna hora uſuali, aut amplius, ſed id dicit Io ſignificans tum iudicatum Dominum ad mortem, cum iam pararetur occiſio agni typici ſcilicet circa ſextam.*

CRVCIFIXIO ET MORS.

Nihil mirum, in ijs quæ fortè ſimul facta ſunt. Euangeliſtas non eundem in narrando ordinẽ ſeruaſſe. Quia vero de hora aliqua videtur eſſe diſſentio, notandem quod Iudæi, vt noctem in quatuor vigilias diuidebant, ita & diem in quatuor ſtationes, ſeu partes æquales; quas horas vocabant prima durabat vſque tertiam, & dicebatur mane, ſeu prima, ſecunda vſque ſextam, & dicebatur tertia, tertia vſque nonam, & dicebatur ſexta, quarti vſque ad occaſum ſolis, & dicebatur nona vel veſpera. Quæ diſtinctio apparet in parabola patris familias, & maxime in hiſtoria paſſionis, in qua expreſſe harum partium mentio fit. Mane inquã, tertiæ, ſextæ, nonæ, nulla horarum mediarum facta mentione, debentq; intelligi non horæ communes, ſed quartæ diei artificialis.

CAP. CXLIIII.

D. 19 Suſceperunt autem Ieſum.	A. 27 Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum clamidẽ, & induerunt eum veſtimẽtis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent.
B. 15. Et poſtquã illuſerũt ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum veſtimẽtis ſuis, & ducunt illum vt crucifigerent eum.	D. Et eduxerũt eũ.
D. Et baiulans ſibi crucẽ exiuit	B. Et angariauerũt prætereuntẽ quẽ-

pium Simonem Cirenæum.

C. 23. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cirenenſem venientem de villa.

exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum, Hebraice Golgotha.

A. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cirenæū nomine Simonem.

B. Venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi.

A. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.

C. Et impoſuerunt illi crucē portare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerūt, & vbera quæ non lactauerunt, tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos, quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.

A. Et venerunt in locum qui dicitur

B. Et perducunt illum in golgol-

golgotha locum, quod eſt interpretatum caluariæ locus, & dabant ei bibere mirrhatum vinum.

golgotha, quod eſt caluariæ locus, & dederunt ei vinum bibere.

A. Cum felle mixtum, & cùm guſtaſſet, noluit bibere. (r *Poſtquam. infr.*

B. Et non accepit. (1 *Et crucifigentes. infr.*

C. Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur caluariæ, ibi crucifixerunt eum.

D. Vbi crucifixerunt eum.

D. Et cum eo alios duos, hinc & hinc medium autem Ieſum.

B. Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnũ à dextris eius, & aliũ à ſiniſtris eius, & impleta eſt ſcriptura quæ dicit, & cum iniquis reputatus eſt. (*Et prætereuntes. infr.*

A. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. (Prætereuntes. infr.

C. Et latrones, vnũ à dextris, & vnum à ſiniſtris. (Ieſus autem infr.

D. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem eius.

B. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorũ. (Et cum eo. ſup.

A. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam.

D. Et erat ſcriptum. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorũ.

A. Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iu

Hunc

dæorum. (Tunc ſru. ſup.

C. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hæbraicis. Hic eſt Rex Iudæorum. (Vnus autē. infr.

Hunc ergò titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hæbraice, Græce, & Latinæ. Dicebant ergò Pilato, Pōtifices Iudæorum. Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus, quod ſcripſi ſcripſi.

C. Ieſus autem dicebat. Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.

B. Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem.

A. Poſtquam autē crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimēta eius ſortem mittentes, vt impleretur quod dictū eſt per prophetam dicentem: Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea & ſuper veſtē meā miſerunt ſortem.

D. Milites ergò cùm crucifixiſſent eum, acceperūt veſtimenta eius, & fecerūt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam.

C. Diuidentes verò veſtimenta eius, miſerūt ſortes.

B. Super eis, quis quid tolleret.

D. Erat autem tunica inconſutilis deſuper cōtexta per totum. Dixerunt ergò ad inuicem, non ſcindamus

mus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur dicens: partiti ſunt veſtiméta mea ſibi, & in veſtem meã miſerunt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerũt.

A. Et ſedentes ſeruabant eum. (*Et impoſuerunt. ſup.*

B. Erat autem hora 3 tertia, & crucifixerunt eum (*Et erat, ſup.*

Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicẽtes: Vah qui deſtruis templũ Dei, & in tribus diebus reædificas, ſaluum fac temetipſum deſcendens de cruce.

A Prætereũtes autẽ blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes. Vah qui deſtruis templũ Dei & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum.

A. Si filius Dei es deſcende de cruce.

C. Et ſtabat populus expectans & deridebant eũ, principes cum eis.

B. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum cũ ſcribis & ſenioribus dicebant. Alios ſaluos fecit ſeipſum nõ poteſt ſaluũ facere. Chriſtus Rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce, vt videamus & credam?

A Similiter & principes ſacerdotum, illudentes cũ ſcribis & ſenioribꝰ dicebant, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſalu facere. Si Rex Iſrael eſt deſcẽdat nũc de cruce.

C Dicentes, alios ſaluos fecit.

A. Et

A. Et credimus ei.

C. Se ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus.

A. Confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult, dixit enim quia filius Dei ſum.

C. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentes: Si tu es Rex Iudæorum, ſaluum te fac. (*Erat autem & ſuper ſup.*

B Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.

A. Id ipſum autem & latrones qui crucifixi erãt cum eo improperabant ei.

C. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens; Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum. Domine memento mei cùm veneris in regnũ tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

D. Stabant autem iuxta crucẽ Ieſu, mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ,

& Ma-

& Maria Magdalenæ. Cùm vidiſſet ergò Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem quē diligebat, dixit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua, & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.

C. Erat autem ³ fere hora ſexta.

B. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram, vſq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens: Eloi, eloi lammaſabachtani, quod eſt interpretatũ, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et quidam de circunſtantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

D. Poſtea ſciens Ieſus quia omnia iam conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura dicit, ſitio. Vas ergò poſitum erat aceto plenum, illi autem ſpongiam plenam aceto hiſſopo circumpo-

A. A ſexta autem hora tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eli, eli lamã ſabatani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidã autem illic ſtantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.

C. Et tenebrę factę ſunt in vniuerſam terram vſq; in horam nonam, & obſcuratus eſt ſol, & velum tẽpli ſciſſum eſt medium.

cumponentes, obtulerunt ori eius.

B. Currens autem vnus, & implens ſpõgiam aceto circumponenſque ca lamo potum dabat ei.

A. Et continuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini & dabat ei bibere.

B. 4 Dicẽs ſinite videamus, ſi veniat Elias ad deponendum eum.

A. Cæteri verò dicebant, ſine videamus an veniat Elias liberans eum.

D. Cùm ergò accepiſſet Ieſus acetum, dixit. Coſummatum eſt.

C Et clamans voce magna Ieſus:
B. Ieſus autẽ emiſſa voce magna expirauit.
A. Emiſit ſpiritũ:

A. Ieſus autem iterum clamans voce magna.

C. Ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, & hæc dicens.

C. Expirauit.
B. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, a ſummo vſq; deorſum.

D. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum.

A. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurexerunt, & exeuntes de monumentis poſt reſurectionem

ctionem e us venerunt in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis.

B. Videns autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat.

C. Quod factum fuerat.

B. Quia ſic clamans expiraſſet.

C. Glorificauit Deum, dicens: verè hic homo iuſtus erat.

B. Vere hic homo filius Dei erat.

C. Videns autem Centurio.

A. Centurio autem.

B. Ait.

A. Et qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: vere filius Dei erat iſte.

C. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbât quæ fiebant percutientes pectora ſua reuertebantur.

A. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi.

B. Erant autem & mulieres de longe aſpicientes: inter quas, erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater &

B. Sa-

B, Salome & cùm eſſet in Galilæa ſeque bantur eum,& miniſtrabant ei,& aliæ mul tæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Hieroſolymam.

C. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ ſequutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.

1 *In his quæ forte ſimul geſta ſunt, viſum eſt ſequi narrationem Io. itaque aliorum narratio nonnihil eſt immutata.*

2 *Nondum erat ſexta, ſed adhuc tertia aut ſecunda ſtatio: ideo non diſſentit a Io.*

3 *Id non dicit, vt prius Io. ſed quia iam iã inſtabat.*

4 *Quidam putant legendum in Mar. vt in Matt. præſertim cum Mar. in hiſtoria paſſionis non ſolum eadem & eodem ordine ſcribat, quæ Matt. ſed iiſdẽ pene verbis, tamen optime concordat quod legitur in Mar.*

5 *Hæc iunctio non eſt Euãgelij: ſed exiſtimamus eã quam Matt. periphraſi Mar. nomine ſignificaſſe.*

LATVS. SEPTLTVRA.

Contextus Io. & factum iuſtorũ oſtendit, Iudæos non alio die quam quo erat eis legitimum Paſcha celebraſſe, quamuis cominiſcantur quidam ob mortem Chriſti retardatum fuiſſe Paſcha vno die Vt de titu. cap. 130.

D CAP.

CAP. C.XLV.

D. 19. Iudæi ergo quoniã paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, erat enim magnus dies ille ſabbati, Rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerũt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis, facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo, & iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Poſt hæc autem.

B. 15. Et cum iam ſero factũ eſſet, quia erat paraſceue quod eſt ante ſabbatũ. C. 23. Ecce vir nomine Ioſeph, qui erat nobilis decurio, vir bonus & iuſtus, hic non

A. 27. cum autem ſero factum eſſet, venit quidã homo diues ab Arimathæa nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. B. Venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis

decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, &.

A. Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu.
B. petijt corpus Ieſu.
C. Acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

non cõſenſerat conſilio & actib⁹ eorũ, ab Arimathæa ciuitate Iudæę, qui expectabat & ipſe regnũ Dei. Hic.

B. Audacter introiuit ad Pilatum, &.

D. Rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathæa eò quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occult⁹ autẽ propter metũ Iudæorũ vt tolleret corpus Ieſu

B. Pilatus aũt mirabatur ſi iam obijſſet, & accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet, & cùm cognouiſſet à Centurione, donauit corpus Ioſeph.

D. Et dimiſit Pilat⁹
B. Ioſeph autem.
C. Et depoſitum inuoluit ſyndone, & poſuit illud in monumento exciſo.
A. inuoluit.
B Syndone & poſuit in monumento quod erat exciſum de petra.

A. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus.

D. Venit ergò & tulit corpus Ieſu.

A. Et accepto corpore Ioſeph.

B. Mercatus ſyndonem & deponens eum inuoluit.

A. Illud in ſyndone munda, & poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra.

C. In quo nondum quiſquã poſitus fuerat.
D. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam Myrrhæ & Aloes quaſi libras cẽtum. Acceperunt ergò corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cũ aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquã poſitus erat. Ibi ergò propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

A. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumẽti & abijt, erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum.

B. Et aduoluit lapidem ad hoſtiũ monumenti.

B. Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebant vbi poneretur.
C. Et dies erat Paraſcheues, & ſabbatum illuceſſebat. Subſequtæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderũt monumentum, & quemadmodum poſitũ erat corpus eius. Et reuertentes parauerũt aromata, & vnguenta, & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum.

A. Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit viuens: poſt tres dies reſurgam. Iube ergò cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diẽ tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurexit à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus habetis cuſtodiam, ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

RESVRECTIO.

Quomodo conueniant Euangeliſtarum narrationes contextus oſtendit. In eo autem quod Matt. dicit, veſpere autem ſabbati, multi veſperam proprie intelligunt, initium ſcilicet noctis ſequentis ſabbatũ, & illud, quæ luceſſit in prima ſabbati, Hæbreorum more capiunt, pro quæ incipiebat ſeu quæ initium erat primæ ſabbati, quemadmodum & Luc. dicit ſabbatum illuceſſebat pro incipiebat, & illud venit Maria Magdalena, pro propoſuit venire & omnia parauit ad eundum ſummo mane. Hoc ſequuti ſumus in concordia. Poſſet tamen intelligi idem temporis punctum ab omnibus ſignificari videlicet diluculum primæ ſabbati: ſi veſperam

apud Matthęum capias pro nocte, quemadmodum ibi ſactum eſt veſpere & mane dies vnus, tum enim illud, quæ luceſſit in prima ſabbati, erit declaratio finis noctis hoc ſenſu. Nocte ſabbati, qua parte finiebatur prima luce, ſeu diluculo prima ſabbati venit, & cæt. Ita non ſolum nulla eſt contrarietas, ſed idem temporis punctum ſignificatur Quo modo præponendũ eſſet illud Marci & cum tranſiſſet ſabbatum. Nec habet etiam vllam diſſonantiam, quod Ioannes vnius tantum, Matthęus duarum, Marcus triuni, Lucas etiam plurium mentionem faciat. Nec item quod dicit Marcus eas veniſſe orto iam ſole. Cum enim ita dicit, & valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole, aperte certè ſignificat eas ſummo quidem diluculo, vel exiſſe, vel paraſſe ſe ad eundum, & dum parant, & conueniunt, & eunt, ortum ſolem fuiſſe, cum ad monumentum peruenerunt: ſeu ſubſtiterint in via ob terræ motum, vt quibuſdam videtur, ſeu tantum impedita fuerint ſe mutuo conuocando, parando, & eundo. Sunt tamen qui orto ſole accipiunt pro luce ſolis apparente: ſed id cum improprium ſit, parum etiam conuenit Marco, qui cùm dixiſſet valde mane veniunt ad monumentum, addit orto iam ſole: veritus (vt apparet) ne intelligerentur primo diluculo, ac ante reſurrectionem perueniſſe ad monumentum. Alioqui enim ſuperfluè adiectum eſſet orto ſole, iam enim apertius ſignificauerat diluculum, dicens, valde mane.

CAP.

CAP. C.XLVI.

¶ A. 28. Veſperè autem ſabbati, quæ lucescit in prima ſabbati, venit Maria Magdalenæ, & altera Maria videre ſepulchrũ. ¶. B 16. Et cùm tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam ſole.

¶ c. 24 Vna autẽ ſabbati valde diluculo venerunt ad monumentum.

¶ D. 20 Vna autẽ ſabbati Maria Magdalenę venit manè cùm adhùc tenẽbræ eſſent ad monumentum.

C. Portantes quæ parauerant aromata.

A. Et ecce, terræ motus factus eſt magn⁹. Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt ſicut mortui.

D Et vidit lapidẽ ſublatum à monumento.

C. Et inuenerunt lapidem reuolutũ à monumento.

B. Et dicebant ad inuicẽ, quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? & reſpicientes viderunt reuolutum lapidem, erat

 quippe

quippe magnus valde. Et introeuntes iñ monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.

A. [1] Reſpondens autẽ Angelus, dixit mulieribus, nolite timere vos, ſcio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis, non eſt hic, ſurexit enim ſicut dixit, venite & videte locũ vbi poſitus erat Dominus. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius & petro quia ſurexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.

B. Qui dicit illis. nolite expaueſcere, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurexit non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eũ, ſed ite dicite diſcipulis eius, & Petro, quod præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.

B. Sicut dixit vobis.

A. Ecce prædixi vobis.

C. Et ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu, & factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce [2] duo viri ſteterunt ſecus illas, in veſte fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terram. Dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cum mortuis. Non eſt hic, ſed ſurexit, recordamini qualiter loqutus eſt vobis, cùm adhuc in Galilæa eſſet dicens:

quia

quia oportet filium hominis tradi in manus peccatorū & crucifigi & die tertia reſurgere, & recordatæ ſunt verborum eius.

B. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento.

A. Et exierunt cito de monumento cū timore & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius.

B. Inuaſerat enim eas timor & pauor,& nemini quicquam dixerunt,timebant enim.

C. Et regreſſæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna,& Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc, & viſa ſunt illis ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis.

D. Cucurrit ergò Maria Magdalene, & venit ad Simonem Petrum,& ad illum diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit illis. Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergò Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum.Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, &

C. Petrus autē ſurgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens, vidit linteamina poſita.

tro, & venit primus ad monumentum, & cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergò Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & procumbens vidit linteamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnû locum. Tunc ergò introiuit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit & credidit, nondũ enim ſciebant ſcripturam, quia oportet eum à mortuis reſurgere. Abierunt ergò iterum diſcipuli ad ſemetipſos.

C. Et abijt (Petrus) ſecum mirans quod factum fuerat.

B. 3 Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat ſeptem dæmonia.

D. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans, dum ergò fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi poſitũ erat corpus IESV. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? dicit eis. Quia tulerunt Dñm meũ, & ne-

& neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem,& non ſciebat quia Ieſus eſt, dicit ei Ieſus: Mulier quid ploras, quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet,dicit ei: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus. Maria. Conuerſa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus, noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum: Vade autem ad fratres meos,& dic eis. Aſcẽdo ad patrem meum, & patrem veſtrum Deum meum & Deum veſtrum.

A. Et [1] ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus, nolite timere, ite nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cùm abijſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem,& nunciauerunt Principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus, cõſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte

vene-

venerunt,& furati ſunt eũ nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia,fecerũt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. (*Vndecim autem cap.* 150.

D. Venit Maria Magdalene nuncians diſcipulis. B. Illa vadens nunciauit.

B. His qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

D. Quia vidi Dominũ,& hæc dixit mihi.

B. Et illi audientes quia viueret, & viſus eſſet ab ea non crediderunt.

1 *Primus Angelus inuitat ad penitius introeundũ & aſpiciendum locum, tantum enim intrauerant in ſepta monumenti.*

2 *Hi duo Angeli apparuerunt cùm ingreſſæ ſpectarent locum & admonent vt meminerint verborũ Domini.*

3 *Id quomodo contigerit Io, latius exponit Abeuntibus autem Apoſtolis, & reliquæ quæ radierant, abierunt,aut certe Magdalena cum Apoſtolis ante alios rediȷt,quæ cum ſola manſiſſet, recedentibus Apoſtolis,vidit Dominum:recedens autem inuenit ſocias in via, quibus omnibus ſimul apparuit Dominus dicens,Auete.*

E m a-

EMAVS.

CAP. CXLVII.

B. 16. Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus, ı oſtenſus eſt in alia effigie,eũ tibus in villam.

C. 24. Et Ecce duo ex illis ibant ipſa die, in caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorũ ſexaginta ab Hieruſalem,nomine Emaus. Et ipſi loquebantur ad inuicem de omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans,ibat cum illis,oculi autem eorum tenebantur ne eũ agnoſcerẽt. Et ait ad illos. Qui sũt hi ſermones quos confertis ad inuicẽ ambulantes,& eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa, his diebus? Quibus ipſe ait, quæ? Et dixerunt. De Ieſu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere & ſermone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri, in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem ſpera-

ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nũc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie, quod hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentũ, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes: ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumẽtum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerũt, ipſum vero non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nõne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Et incipiens à Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Et appropinquauerũt caſtello quo ibant, & ipſe ſe finxit longius ire. Et coegerunt eum, dicentes: Mane nobiſcum Domine quoniã aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt cũ recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ, & cognouerũt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt

runt ad inuicem. Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loquetur in via; & aperiret nobis ſcripturas. Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt in Hieruſalem, & inuenerunt cōgregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes; quod ſurexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

B. illi eũ tes, nũciauerunt cæteris.

B. Nec illis crediderunt.

1. *Id quomodo contigerit, latius exponit Luc.*

APPARITIO PRIMA ET SECVNDA.

CAP. C.XLVIII.

C. 24. Dum hæc loquuntur, ſtetit Ieſus in medio eorum.

D. 20. Cùm ergò ſero eſſet die illo, vna ſabbatorũ, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus & ſtetit in medio eorũ, & dicit eis. Pax vobis.

C Pax vobis.

C. Ego ſum, nolite timere, conturbati verò & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre, & dixit eis, quid turbati eſtis. & cogitationes

gitationes aſcendunt in corda veſtra. Videte manus meas,& pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate & videte,quia ſpiritus carnẽ & oſſa non habet,ſicut me videtis habere, & cũ hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes.

D. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus.

D. Et latus,gauiſi ſunt ergò diſcipuli, viſo Domino.

C. Adhuc autem illis non credentibus, & mirãtibus præ gaudio dixit. [1] Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi,& fauum mellis, & cùm manducaſſet coram eis,ſumens reliquias dedit eis. *Et dixit cap.* 150.

D. Dixit ergò eis iterum,pax vobis.Sicut miſit me pater,& ego mitto vos.Hoc cùm dixiſſet inſufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, Thomas autem vnus ex duodecim,qui dicitur Didimus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergò ei alij diſcipuli:Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis:Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum,& mittam digitum meum

meum in locum clauorum,& mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo,iterum erant diſcipuli eius intus,& Thomas cum eis: Venit Ieſus ianuis clauſis,& ſtetit in medio,& dixit:Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitũ tuum huc,& vide manus meas,& affer manum tuam,& mitte in latus meum,& noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit ei. Dominus meus & Deus meus. Dixit ei Ieſus.Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei,& vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

1. *Hinc ſatis conſtat tum eos non recubuiſſe, ideo hãc non eſſe apparitionem de qua Mar. dicit nouiſſime autem recũbentibus, quod tamen alioqui ex Mar. eſſet valdè veriſimile.*

TERTIA AD MARE TIBERIADIS.

CAP. C.XLIX.

¶ D. 21. Poſtea manifeſtauit ſe iterum

 Ieſus

Ieſus ad mare Tiberiadis, manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didimus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſcari. Dicunt ei, venimus & non tecum. Et exierunt & aſcenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, ſtetit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt. Dixit ergò eis Ieſus. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dextrum nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergò, & iam nō valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergò diſcipulus ille quem diligebat Ieſus Petro. Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerunt, non enim longe erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rete piſcium. Vt ergò deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem. Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos

prendi-

prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus, & cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus: venite prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum. Tu quis es. Scientes quia Dominus eſt. Et venit Ieſus & accepit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter. Hoc iam [1] tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cùm reſurexiſſet à mortuis. Cùm ergò prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiã Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tertio amas me. & dixit ei. Domine tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce oues meas. Amen amen dico tibi, cùm eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non vis, hoc autem dixit ſigni-

ficans qua morte clarificaturus eſſet Deū.
Et cùm hoc dixiſſet dicit ei, ſequere me.
Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum
quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & re
cubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit,
Domine quis eſt qui tradet te, hunc ergò
cùm vidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Domine
hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Sic eum
volo manere donec veniam, quid ad te,
tu me ſequere. Exijt ergò ſermo inter fra-
tres, quia diſcipulus ille nō moritur, & nō
dixit ei Ieſus non moritur, ſed ſic eum vo-
lo manere donec veniam, quid ad te. Hic
eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhi-
bet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus quia
verum eſt teſtimonium eius.

1. Hinc conſtat iſtud contigiſſe ante apparitionem in monte Galiææ, & perſpicuum eſt Io. loqui de publica apparitione, ſeu non priuata.

VLTIMA APPARITIO.
ASCENSIO.

Quæ hic continentur poſt apparitionem in monte Galilææ, breuiter a Matt. deſcriptam, omnia contigerunt Hieroſolymis in vltima apparitione. Dicit enim Luc. ſedete in ciuitate, & paulò poſt eduxit eos foras, item & ipſi adorantes, regreſſi ſunt

in Hieru-

in Hieruſalem, inde ergo eos eduxerat. idem etiã ſatis conſtat ex primo actorum, vt & quod cum poſtremo apparuit, accumberent, dicit enim & conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent. itaque quod dicit Mar. nouiſsimè recumbentibus illis, omnino de hac apparitione videtur intelligendum, veſpera enim reſurectionis non recumbebant, & vide quam familiariter cum diſcipulis egerit iamiam ab eis diſceſſurus.

CAP. C.L.

A. 28. Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.

B. 16. Nouiſſime autem recumbentibus illis vndecim, apparuit & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurexiſſe, nõ crediderunt.

B. Et dixit eis cum tes. | A. Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicens: data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & in terra. Euntes ergò.

B In mundum vniuerſum, prædicate Euãgelium omni creaturæ.

A. Docete omnes gentes ; baptizantes

eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare, quæcunque mandaui vobis.

B. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur, ſigna autem eos qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

A. Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſæculi.

C. 24. Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba quæ loqutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophætis, & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipiẽtibus ab Hieroſolyma. Vos autem teſtes eſtis horum. Et ego mittam promiſſum patris mei in vos.

vos. Vos autem ſedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Et eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis, & factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum.

B. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam loqutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedit à dextris Dei.

C. Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem, cum gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

B. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

D. Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe, eos qui ſcribendi ſunt libros.

FINIS.

I N D E X.

EVANGELIORVM QVAE IN TEMPLIS

diebus Dominicis & alijs feſtis leguntur. In quo notatur Euangelij principium, & ſubinde quod finem eius conſequitur. R. litera, vſum Romanum ſignificat.

A D V E N T V S.

Dominica. I.

ET cū appropinquaſ. Et cum intraſſ. A. 21. 110.

Dominica. II.

Et erunt ſigna in ſole. Attendite autem. C, 21. 123.

R. *Ioannes autem cum. Amen dico vobis. A.* 11. 47.

Dominica. III.

Ioannes autem cum audiſſet. Amen dico. *A.* 11. 47.

R. Et hoc *eſt teſtimonium. Altera die vidit. D.* 1. 16.

Feria 4. quatuor temporum.

In menſe autem ſexto. Exurgens autem. C. 1. 3.

Feria. 6.

Exurgens autem Maria. Quia reſpexit. C. 1. 4.

Sabbato.

Anno quintodecimo. Dicebat ergo ad. C. 2. 13.

Dominica. IIII.

Miſerunt Iudæi. Altera die. D. 1. 16.

R. *Anno quintodecimo. Dicebat ergo. C.* 2. 13.

NATA-

NATALIS DOMINI.

In vigilia.

Cum eſſet deſponſata. Hoc autem. A. 1. 7.

In gallicantu.

Factum eſt autem in diebus. Et factum eſt. C. 2. 8.

In aurora.

Et factum eſt vt diſceſſerunt Et poſtquam. C. 2. 8.

In die ad miſſam.

In principio erat. Ioannes *teſtimonium. D.* 1. 1.

In die S. Stephani.

Ecce ego mitto. vſque finem cap. A. 23. 120.

In die S. Ioannis Euangeliſtæ.

Sequere me. Sunt autem. D. 21. 149.

In die S. Innocentium.

Qui cum receſsiſſent. Defuncto. A. 2. 11.

Dominica intra octauas.

Et erat pater eius. Et ibant parentes. C. 2. 10.

In circuncisione Domini.

Et poſtquam conſummati. Et poſtquam imple.C. 2. 8.

In Epiphania Domini.

Cum autem natus. Qui cum receſſ. A. 2. 9.

Dominica intra octauas Epip.

Et cum factus eſſet annorum. vſque finẽ ca. C, 2. 12

Dominica 1. poſt octauas Epiph.

Et die tertia nuptię. Poſt hæc deſcendit, D. 2. 18.

Dominica II. poſt oct Epiph.

Cum autẽ deſcendiſſet.Cum autẽ introiſſet. A, 8 44

Dominica III. poſt oct. Epiphan.

Et aſcendente eo. Et cum veniſſet. A, 8. 31

Dominica quarta poſt oct. Epiph.
Simile &c. Qui ſeminauit. Aliã parabolã. A. 13 52.
Dominica in ſeptuageſima.
Simile eſt enim regnum. Et aſcendens. A. 20. 101
Dominica in ſexageſima.
Cùm autem turba multa Nemo autem, C. 8. 51.
Dominica in quinquageſima.
Aſſumpſit autem Ieſus Vſque finem ca. C. 18 104
Feria quarta Cinerum.
Cùm autem ieiunatis. Lucerna corporis. A. 6 42.
Feria quinta.
Cùm autẽ introiſſet Caph. Et cùm veniſſet, A. 8. 45.
Feria ſexta.
Audiſtis quia dictum eſt, diliges proximum. Et. cùm oratis. A. 5. 41
Sabbato.
Cùm ſero factum eſſet. Vſque finem ca B. 6 58
Dominica prima quadrageſimæ.
Tunc Ieſus ductus eſt. Cùm autem, A. 4 15
Feria ſecunda.
Cùm autem venerit filius. Vſque finẽ ca. A. 25. 127
Feria tertia.
Et cùm intraſſet Ieſus Hiero. Mane aũt. A, 21. 111
Feria quarta.
Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis. Vſque finem cap. A. 12 49
Feria quinta.
Et egreſſus inde Ieſus. Et cùm tranſcendiſſ. A. 15, 61
Feria ſexta.
Poſt hæc erat dies. Propterea perſeq. D. 5 37

Sabbato.

Et poſt dies ſex. & interrogata, A. 17 67

Dominica ſecunda quadrag.

Et poſt dies ſex. Vt præcedenti ſabbato.

Feria ſecunda.

Ego vado & quæretis. Hæc illo loquente, D. 8 76

Feria tertia.

Tunc Ieſus locutus eſt Væ vobis ſcrib. A. 23, 120

Feria quarta.

Et aſcendens Ieſus Hie Et egredientib. A. 20 104

Feria quinta.

Homo quidam erat diues. Vſq; finem,ca. C. 16. 98

Feria ſexta.

Homo quidam erat paterf. Vſq; fin,ca. A. 21 114

Sabbato.

Homo quidam habuit duos filios. Vſq; fi. C. 15 93

Dominica tertia quadrag.

Et erat eijciens dæmoniũ. Turbis autem, C. 11 49

Feria ſecunda.

Vtiq; dicetis mihi hanc. Et deſcendit in, C. 4. 54

Feria tertia.

Si autem peccauerit in te. Ideo aſſimil. A, 18 71

Feria quarta.

Tunc acceſſerunt ad. Et egreſſus inde, A, 15 60

Feria quinta.

Surgens autem Ieſus de ſynag. Vſq; fi. C, 4 28

Feria ſexta.

Venit ergò in ciuitatem. Poſt duos autem, D, 4 21

Sabbato.

Ieſus autem perrexit. Iterum ergò loquutus, D, 8 75

Domi-

Dominica quarta quadrag.
Poſt hæc abijt. Ieſus ergò cùm cog. D,6 57
Feria ſecunda.
Et prope erat Paſcha. Vſque finem, cap. D, 2 19
Feria tertia.
Iam autem die feſto. Chriſtus cùm, D,7 74
Feria quarta.
Et præteriens Ieſus. Et dicit ei, D,9 77
Feria quinta.
Et factum eſt deinceps. Et exijt hic ſermo, C,7 46
Feria ſexta.
Erat autem quidam languens. Quidã aũt ex, D, 11
Sabbato. (102
Ego ſum lux. Dixit ergò iterum, D, 8 76
Dominica in Paſſione.
Quis ex vobis arguet me de peccato. Vſque finem cap. D,8 76
Feria ſecunda.
Audierunt Phar. turbam. Nondum enim, D,7 74
Feria tertia.
Poſt hæc autem ambulabat. Iam autem die, D,7 72
Feria quarta.
Facta ſunt autem. Quærebant ergò, D, 10 29
Feria quinta.
Rogabant autem illum quidam. Vſq; finem, C,7 48
Feria ſexta.
Collegerunt ergò Pontifices. Proximum, D, 11 103
Sabbato.
Hæc loquutus eſt. Vſque finem cap. D. 17 137
R. Cogitauerunt aũt Princ. Cùm autem, D, 12 111

DOMINICA IN RAMIS Palmarum.

Poſt benedictionem Palmarum.

Et cùm appropinquaſſ. Et cùm intraſſet. A. 21, 110

Ad Miſſam.

Paſſio Domini ſecundum Matthæum, vſque fi, cap. 27, *A*, 26 128

Feria ſecunda.

Ieſus ergò ante ſex. Cogitauerunt autẽ, D. 12, 109

Feria tertia.

Paſſio Domini ſecundũ Mar, vſq; fi, c, 15 *B* 14 128

Feria quarta,

Paſſio dñi ſecũdũ Luc, vſq; finẽ, cap, 27 C. 22. 128

Feria quinta in cœna domini,

Ante diem feſtum, Amen amen dico. D 13 130

Feria ſexta in Paraſceue.

Paſſio dñi ſecũ. Ioã, Vſq; finem, cap. 19. *D*. 18. 138

Sabbato ſancto.

Veſpere autem Et exierunt, A. 28 146

Iudie Paſchæ.

Et cum trãſiſſet ſabb. At illæ exeuntes, B. 16. 146

Feria ſecunda.

Et ecce duo ex illis. Dum autem hac. C, 24 147

Feria tertia,

Dùm autẽ hæc loq Vos autem teſtes., C, 24 148

Feria quarta.

Poſtea manifeſtauit ſe. Cum ergo prand. D, 21 149

Dominica prima poſt Paſcha.

Cum ergo ſero. Vſq; finem, cap, D, 20 148

Dominica ſecunda poſt Paſcha.
Ego ſum Paſtor. Propterea me, D, 10 78
Dominica tertia poſt Paſcha.
Modicum & iam non. Et in illo die, D, 16 136
Dominica quarta poſt Paſcha.
Et nunc vado. Omnia quæcunque, D, 16 136
Domin. quinta poſt Paſcha.
Amen amen dico. Reſpondit eis, D 16 136
Feria ſecunda in Rogationibus.
Quis veſtrum habebit. Et erat eijciens, C, 11 82
Feria tertia in Rogationibus.
Petite & dabitur vobis. Omnia ergò, A 7. 43
Feria tertia in vigilia Aſcenſionis.
Hæc loquutus eſt Ieſus, &. Pater ſan. D, 17 137
In die aſcenſionis.
Nouiſſime aũt recumb. Vſq; finem, cap. B, 16 150
Dominica intra oct. Aſcenſionis.
Cùm autẽ venerit Para. Hæc aũt vobis, D, 15 115
In die Pentecoſtes.
Si quis diligit me. Surgite eamus, D, 14 134
Feria ſecunda.
Sic enim Deus dilexit. Poſt hæc, D 3 20
Feria tertia.
Amen amen dico vobis. Ego ſum paſtor, D, 10 78
Feria quarta quatuor temporum.
Nemo poteſt venire. Litigabant, D, 6 59
Feria ſexta.
Et factum eſt in vna. Et poſt hæc, C, 5 26
Sabbato.
Surgens autem Ieſus. Vſq; finem, cap. C, 4. 28

In die Trinitatis.
Cùm autem venerit. Hæc autem vobis, D,15 135.
R. Eſtote ergò miſeric. Non eſt enim, C, 6. 43
Dominica prima poſt Pent.
Homo quidam erat diues. Vſque fin. C, 16 95
In die Sacramenti.
Caro enim mea vere. Hæc dixit in ſynag. D,6 59
Dominica ſecun. poſt Pent.
Homo quidam fecit cœnam. Ibant autem, C, 14 90
Domiuica tertia poſt Pent.
Erant autem appropinquantes. Aut quæ, C, 15 93
Dominica quarta poſt Pent.
Eſtote ergò miſericordes. Nō eſt enim, C, 6, 41 43
Ro. Factum eſt autem cùm. Et factum, C, 5 20
Dominica quinta poſt Pentec.
Factum eſt autem. vt ſupra. Sic vſque 14. *do. quod præcedit vſu Rom. ſequitur communi.*
Ro. Dico autem vobis quia. Eſto conſeutiē, A, 5 41
Dominica ſexta poſt Pentecoſt.
Dico autem vobis. Eſtote conſentientes, A, 5 41
Dominicæ ſeptima poſt Pentec.
In illis diebus. Et ſtatim aſcen. B. 8 63
Dominica octaua poſt Pentec.
Attendite à falſis. Multi dicent, A. 7 43
Dominica nona poſt Pentecoſt.
Homo quidam erat. Qui fidelis, C. 16 65
Dominica decima poſt Pentecc.
Et factum eſt cùm. Principes, C, 19 111
Dominica vndecima poſt Pent.
Duo homines. Afferebant autem, C. 18 99

Dominica duodecima. poſt Pent.
Et iterum exiens. Vſque fin. cap. B. 7. 62
Dominica decimatertia poſt Pent.
Beati oculi. Factum eſt. C. 10 80
Dominica decimaquarta poſt Pent.
Et factum eſt. Interrogatus. C. 17. 73
Dominica decimaquinta. poſt Pent.
Nemo poteſt. Nolite ergo. A. 6 42
Domi. decimaſexta poſt Pentec.
Et factum eſt. Et exijt hic ſermo. C. 7. 46
Dominica decimaſeptima poſt Pent.
Et factum eſt cum intraret. Dicebat aūt. C. 14. 90
Feria quarta quatu or temporum.
Et reſpondens vnus. Et inde profecti: B. 9. 68
Feria ſexta.
Rogabat autem vnus de. Vſque finem. ca. C. 7. 48
Sabbato.
Arborem fici: Dicebat ergò. C. 13 87
Dominica decimaoct. poſt Pent.
Phariſæi autem. Vſque finem. cap. A, 22. 119
Dominica decimanona poſt Pen.
Et aſcendens in. Et cum. A, 9 33
Dominica vigeſima poſt Pente.
Simile factum eſt. Tunc abeuntes: A, 22 115
Dominica uigeſimaprima poſt. Pe.
Et erat quidam. Hoc iterum. D, 4 25
Dominica XXII. poſt Pente.
Ideo aſſimilatum. Vſque finem cap. A, 18 71
Dominica XXIII. poſt Pent.
Tunc abeuntes. Et audientes. A, 22 116

Dominica

Dominica xxiiii. poſt Pent.
Hæc illo loquente. Et tranſeunte, A 9 35
R. Cum videritis. De die autem illa, A 24 123
Dominica xxv. poſt pent.
Cum ſubleuaſſet ergò Ieſus ergò. D. 6 57

PROPRIVM
Sanctorum.

In die ſancti Andreæ apoſtoli.
Ambulans autem Ieſus. Et circuibat A 4 25
In conceptione.
Liber generationis. Omnes itaque A 1 6
ſancti Thomæ apoſt.
Thomas autem. Multa quidem D 20 145
In conuerſione ſancti Pauli.
Tunc reſpondens Petrus, Vſque finem ca. A 15 71
In purificatione *Mariæ*.
Et poſtquam. Et erat pater. C 2 9
In cathedra petri.
Venit autem Ieſus. Tunc Ieſus dixit. A 16 67
ſancti *M*atthiæ apoſt.
Hoc eſt præceptum meum hæc mando D 15 125
R. *Confitebor tibi, Vſque finem. cap.* A 11 79
In annunciatione.
In menſe autem ſexto. Et diſceſſit. C 1 3
ſancti Marci.
Ego ſum vitis; In hoc. D 15 135
R. *Poſt hæc deſignauit. In quamcunque.* C 10 79

Ff S. Phi-

Sanct. Philippi & Iacobi.
Non turbetur cor. Si quid petieritis. D 14 134
In inuentione crucis.
Erat autem homo ex Pha. Sic deus dilex. D 3 20
ſancti Ioannis baptiſtæ.
Fuit in diebus Herodis. Et dixit Zachar. C 1 1
Apoſtolorum Petri & Pauli.
Venit autem Ieſus. Tunc præcepit. A 16 66
ſanctæ Mariæ magdalenæ.
Maria autem ſtabat. Cùm ergò. D 20 146
R. Rog. bat autem. Vſque finem cap. C 7 48
ſancti Iacobi apoſtoli.
Tunc acceſſit. Et egredientibus. A 20 104
ſancti Petri ad vincula.
Venit Ieſus. Tunc præcepit, A 16 66
ſancti Laurentij.
Amen amen dico. Nunc anima D. 12 118
In die Aſſumptionis B. *Mariæ.*
Factum eſt autem dum. Vſque finem cap. C. 10 81
ſancti Bartholomæi.
Intrauit autem cogitatio. Reſpōdens autē C. 9. 69
In decollatione Ioannis.
Ipſo enim Herodes. Et cum dies B 6 56
Natiuitas Mariæ.
Vt ſupra in Conceptione.
In exaltatione crucis.
Et ego ſi exaltatus. Hæc loquutus, D 12 118
ſancti Matthæi.
Et cum tranſiret. Tunc acceſſerunt, A 9 34

ſancti

ſancti Michaelis archangeli.
In illa hora acceſſ. Venit enim. A 18 70
ſanct. Dionyſij & ſociorum.
Et aſcendens cum illis. Secundum hæc. C 6 40
ſancti Lucæ.
Poſt hæc autem deſignauit. Nolite tranſ. C 10 79
ſanct. Simonis & Iudæ.
Hoc eſt præceptum meum. Hæc mando. D 15 135
In die omnium ſanctorum.
Videns autem Ieſus turbas. Sic enim peſeq. A 5 40
In commemoratione defunctorum.
Cùm autem venerit. Vſque finem ca. A 25 127
In officio defunctorum.
Dixit Martha. Et cum hæc. D 11 101
Ego ſum panis. Caro enim. D 6 59
Sicut enim pater. Amen amen dico vobis. D 5 37
Omne quod dat. Murmurabant. D 6 59
Amen amen dico vobis quia. Non poſſum. D 5 37
In dedicatione Eccleſiæ.
Et ingreſſus perambulab. Hæc illis aud, C 19 106
In ſponſalibus.
Et accedentes Phariſæi. Et in domo. B 10 95

COMMVNE
ſanctorum.

In natali Apoſtolorum.

Hoc eſt præceptnm. Hæc mando. D 15 135
Ecce ego mitto. Cum autem per. A 10 55

Hæc mando vobis. Cum autem vener D 15 | 135
Ego ſum vitis. In hoc clarific. D 15 | 135
Facta eſt autem contentio. Ait autem. C 22 | 133
Vos eſtis ſal terræ. Nolite putare: A 5 | 41

IN NATALI vnius Martyris.

Si quis vult poſt me venire. vſque fin A 16 | 66
Amen amen dico vobis, niſi. Nunc anima D 13 | 111
Qui vos audit. In ipſa C 10 | 79
Si quis vult poſt me Factum eſt. C 9 | 69
Nolite arbitrari Vſque finem cap A 10 | 55
Nihil eſt opertum Qui autem neg A 10 | 55
Si quis venit ad me. Bonum eſt ſal. C 14 | 92

IN NATALI PLVRImorum Martyrum.

Et deſcendens. Secundum hac. C 6 | 40
Cum autem audieritis. Cum autem vi. C 21 | 122
Et cum egrederetur. Cum autem vid. C 13 | 89
Attendite a fermento. Qui autem neg. C 12 | 84
Sedente autem eo Et prædicabitur. A 24 | 122
Videns autem. Sic enim perſequti A 5 | 40
Cum autem perſequentur. Qui autem. A 10 | 55
Qui vos audit In ipſa hora. C 10 | 55
Væ vobis qui ædificatis. Vſque finem cap. C 11 | 83

IN NATALI VNIVS Conſeſſoris.

Sicut enim homo pereg Accedens autem A 25 126
Sint lumbi. Ait autem ei. C 12 86
Vigilate ergo. Si autem dixerit. A 24 124
Videte, vigilate. Vſque finem cap B 13 124
Nemo lucernam. Et cùm loqueretur. C 11 82
Noli timere puſillus. Sint lumbi. C 12 85
Homo quidam nobilis. Veruntamen C 19 107
Ecce nos relinquimus omnia. Vſque fin ca. A 125

IN NATALI Virginum.

Simile eſt regnum cælorum theſauro. Iterum ſimili ſag. A 13 51
Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virg. ſicut enim. A 25 125

FINIS.

Series Cartarum.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff

Omnes ſunt quaterniones, præter Ff quæ eſt duernio.

ERRATVLA QVÆDAM QVÆ INter excudendum acciderunt, etſi operepreciũ non eſſet, tamen quia quædam lectorem incautum, uel turbare, uel remorari poſſent, uiſum eſt hic adijcere.

Fo.	*Facies.*	*Linea.*		*Lege.*
35	1	22	*dilatione*	*de dilatatione*
44	2	7	*poteſtatis*	*poteſtis*
55	1	8	*Matt.*	*Luc.*
60	2	21	*raueris*	*oraueris*
61	2	4	*cor*	*& cor*
76	2	15	*fructis*	*fructu*
77	1	19	*vite*	*videte*
79	1	26	*Gerants*	*Geraſenus*
84	1	12	*zonis*	*zona æs*
85	2	22	*eum*	*enim*
87	1	22	*eit Heredos*	*ait Herodes*
89	1	18	*peruenerunt*	*preuenerunt*
90	2	7	*patres*	*partes*
90	2	18	*fragam*	*fragmen*
124	2	16	*approprians*	*appropians*
135	2	5	*ſunt turbæ*	*ſunt eum turbæ*
136	2	8	*quão ſuper nn*	*quã ſuper nona*
140	1	22	*vtilis*	*vtilius*
149	2	25	*xor xà*	*zor za*
158	8	22	*non me*	*in me*
eadem		24	*in iudico*	*non iudico*
164	1	18	*domino*	*domino meo*
168	2	2	*prolixi*	*prolixius*
[illegible]	[illegible]	[illegible]	*loquetur*	*loqueretur*


INRI



3. B ло

Digitized by Google